

1
7
400







CAVAC et ZABA

Dono del Sig. Conte Zabarella Autore del Libro



AVLA ZABARELLA
SIVE
Elogia Illustrium Patauinorum, Conditorisq; Vrbis.
Ex Historijs Chronicisque collecta

A IOANNE CAVACCIA NOBILE PATAVINO

Et

A COMITE IACOBO ZABARELLA EQVITE
Ipsius ex filia Pronepote Aulæ & Ædium Domino

Lectionibus, Historijs, Monumentis, Numismatibus, Insignijs, & Animaduersionibus, Aucta & Illustrata.

VBI INSVPER

OMNIS ROMANA HISTORIA DIGNOSCITVR

Pulcrioresque res, & Antiquitates Vrbis Patauinæ Prouinciæque & Reipublicæ Venetæ. Origines Familiarum Genere Præstantium, Insignioraque aliarum gentium Facinora in Lucem perferuntur.

Illustrissimo, & Generosissimo Domino

COM. HIERONYMO CAVACCIA
Patritio Veneto Præclarissimo Dicata.

Patauij, Typis Iacobi de Cadorinis, Super. permissu, MDCLXX

ILLVSTRISSIME
ET
GENEROSISS. DOMINE.

AVLÆ ZABARELLAE
descriptionẽ cur tibi inscri
berem, nõ vnum fuit argu-
mẽtum Vir Illustriss. Illud
potissimum, quod tibi cũ
eius auctore, similitudine
morum cõiunctissimo, arctissima interce-
dit necessitudo. Is est Ill. Co. IACOBVS
ZABAR. CAVACCIA magni nominis
magnum incremẽtum; in quo cum literis,
nobilitas sanguinis ex æquo certant; Vir
scil. qualem exigit sanctæ familiaritatis
uinculum, quod inter vtrumque, de me-
liore nota quisquis veneratur. Suam abdi-
tissimæ vetustatis cognitionem, scriptis

iam

iam voluminibus celebrem testari voluit nouo hoc opere, quo nouam sibi laudem compararet, eruditionis, & pietatis. Enim verò, meliore vita eam compensat, quam debet parentibus, quos è tumulo literarium in orbem, suis in re literaria, & bellica laudibus simul reuocatos, eleganti stylo reddit immortales. Opus, vt spero gratissimum tibi, qui cum in omnibus dìciplinis sis exquisitè versatus, de veterum historijs tam benemeritus es, vt videaris solam in hijs tuam operam impendisse. Sanè quisquis tuas ædes, regiæ molis substructione visendas subijt, in quorum nobili Musæo priscorum monumentis peregrina varietate referto, errans hac tempestate eruditio domicilium fixit, te fugientis Antiquitatis statorem, felicissimum prædicat.

Altera nuncupationis meæ causa est, quod auitæ tuę gloriæ triũphale Capitolium aperitur, dum AVLA ZABARELLA reseratur, maiorum tuorum imagini-

bus glorioſa; quippè quæ CAVACIAS etiam HEROAS ſuos intra penates numerat, tibi vt virtutis, ſic etiam ſanguinis nexu affines. Ideò aduocandus erat editioni meæ tui nominis fulgor, ad cuius vmbram gliſcente luce, quam accipient parentes tui, huius voluminis ope, è tumulo rediuiui, non vna iam eruditionis, verùm & pietatis laude, coniunctiſſimum tibi auctorem æmulaberis.

Liceat his tertiam addere conſilij mei rationem, æquam voluntati meæ, meritis tuis obſequètiſſimę, tibi verò iniquam de rebus à te geſtis ſemper infrà dignitatem ſentienti. Qua facilitate, qua beneficentia neminem tui non ignarum pellexiſti ſemper, eadem traxiſti me in tui cultum, & venerationem; &, quod caput eſt, eò deueni fiduciæ, vt tenuitati mei preli, tutelã, & pręſidium tui nominis adſciſcere cogitauerim. His ſi vota mea proſequi nõ dedignaberis, typi mei ſortem ſuam nulli inuidebunt. Tantus ſiquidem es, ut extra

te

te nihil ſuppetat exoptandum.

Nolim tamen hic recenſere ingenij tui, atq; animi dotes, genus, opes, publica, priuataque beneficia, à te adeò generosè, Patriæ, domeſticis, exteriſq; collata, & quidquid tandē laudis, vel à natura, vel à virtute obtinuiſti; hanc enim prouinciam, compendio ab auctore ſuſceptam in hoc volumine, proxima noſtra editio Icologię Venetæ, ab eodem abſolutę pro dignitate proſequetur; & plena manu dabit, quæ per nuncupationis anguſtias, vix liceat nunc leui penicillo adumbrare. Interim, dum ego heroicas virtutes tuas meo ſtylo auguſtiores, religione, & ſilentio ueneror, AVLAM ZABARELLAM è meo prelo ad te properantem, eò animo ſuſcipe, quo auctorem complecteris, & quo in obſequium tuum effuſus, illam Sacrario tui nominis ſiſto.

Illuſtriſs. tui Nominis

Patauij die 7. Iulij 1670.

Addictiſs. & Obſequentiſs. Seruus
Iacobus de Cadorinis.

COMES IACOBVS
Zabarella Cauaccia Eques
ad Lectores.

NE miremini benigni Lectores, si ego de re propria agere ausus fuerim, coactus enim hanc prouinciam suscepi; nam Ioannes Cauaccia Vir Insignis, ac humanarum literarum eruditissimus præter alia opera a se composita Elogia Aulæ Heroum à me etiam edita, & Elogia Aulæ Zabarellæ hoc labore contenta, dignissimo stylo reliquit.

Hic Filiam vnicam Elisabethã genuit, quam Co. Iacobo Zabarellæ Philosopho Auo meo collocauit, iussitque ipsius filios cum posteris Masculis sibi hæredes fore cum fideicommisso perpetuo, relinquens ipsis etiam Cognomen Cauaccia familiæ suæ antiquitate, & claris imaginibas conspicuæ. Quare cum & bona, & cognomen ipse possideam, simque cum eodem eiusdem sanguinis, addita mihi necessitudine sanguinis, & deuotione cum præstantissimo, & Celeberrimo Viro Comite Hieronymo Cauaccia Patritio Veneto, qui proprijs Virtutibus eminens, Patriæ benemeritus, ipsius Decus & splendor iure dici potest. Opera hæc nunquam ædita, etsi in parietibus scripta legantur; ante oculos sapientum producere decreui cum obligatio, debitumque meum sic requirant. Videbitis Lectores dignissimi hoc paruo volumine elogia prædicta, & cum ipsis Patauinam Historiam Vrbis nempe, & virorum illustrium diuersorum; sed quia patria hæc inrer Colonias Romanas in Tribu Fabia descripta fuit, necessarium putaui quamplurima & pulcriora Romanorum gesta hic addere, ex quibus fere omnis Romana historia quisque discere poterit. Erroribus parcere vos rogo, qui omni diligentia euitari non possunt.

Familiarum multarum mentionem feci, illarum scilicet, quas occasio præbuit, aliæ non nominatæ parcant quia hic locus nec occasio de ipsis loqui

erant, alibi de ipſis dicemus. Inſignia deſcripſi, ſed ſignari tempus non permiſit, numiſmata etſi non neceſſaria ornamenti gratia ſuis locis addidi. Sed quia prædictus Cauaccia Auunculus meus in hac eadem Aula Genealogiam familiæ Zabarella cum virorum imaginibus pingi curauit, quam Comes Scioppius auxit, & Bruderſenius perfecit, hanc ita deſcribere decreui Iconibus Numiſmatibus Bullis Apoſtolicis, & priuilegijs decoratam. Si ergo in hoc & alijs fortaſſis non bene operam egi, ſuppleat probitas, & benignitas veſtra, & valete.

Fol.

Fol.	Errata	Corrige
1	Extiatis	extitit
7	Rex IV.	IX.
10	Archiuorum	Achiuorum
12	Eſt	eſſe
18	Ipſe	ipſi
21	Padua	Padura
21	Abſque	atque
21	meis	meis libris
21	Latij	Laij
22	Pedem	pedum
25	uatus	natus
25	Vera	Viri
33	Continentque	continetque
36	humarido	humari de viſu
43	Cruſu	curſu
44	Legum	Lagum
47	Luciæ	Luſciæ
47	Brios	Baios
49	Rebiem	rabiem
50	Serapium	Serapion
50	Baleares	Balearis
51	Ipſi	ipſe
52	Padianus	Pedianus
52	Dranſpadanus	Tranſpadanas
53	Illorum	Illorum Duces
56	Patauinis	Patauini
59	Vrbes	Vrbis
59	Aedio	Odio
61	Fangetur	Fungitur
62	Poetriæ	Poetria
62	Pactaque	pictaque
62	videx anua	videris arua
63	non	nam
63	Omnis	omnes
63	Libertates	Libertatis
64	Ciue	Ciuis
64	Conſulis	Conſules
64	Polidamantes	Polidamantis
66	ductores	ductoris
67	Alios	alii duces
70	C.Hoſtilio Elio	C.Hoſtilius Elius
70	hic memoria	hæc memoria
70	hic	huc
71	Eſtd um	eſt dum
71	Io	in

Fol.	Errata	Corrige
72	ſeire	ſciri
72	Cum	&
77	Actirides	Aſterides
79	&	vt
80	Herrotem	Neronem
81	ntai	nati
81	hoc	hæc
84	Vero	vera
86	præſidium	prætium
86	Verum	verſam
87	intendiſſet	oſtenderet
88	Qui	quæ
90	Ioannis	Ioannes
90	ſupradicto	ſupradictus
90	Eques	Equites
90	Eius	ſeu
91	Vlpirus	Vlpianus
91	Paulu	Paulus
91	Præfectiriamq;	Præfecturamque
93	Manſine	Marcine
106	Quos	Quas
110	Italia	Italiæ
114	Hunc	tunc
121	Linquius	linquens
121	Paduaaa	Paduana
125	Doctusa dit	Doctus adit
128	Doctus adeo	Adit
135	Adio	adeo
136	ſ quitus	ſequitur
136	Et quibus	
136	elegium	elogium
143	Clauæ	glauæ
146	Vire	vere
150	igitur	legitur
152	Vana	vrna
157	ipſi	ipſe
159	interpres	interpretes
160	Eget	egit
166	Princeps	adde fratrem
169	functione	functioni
171	in ante	in arce
176	Franciſcæ	Franciſce
176	Qua	Quam
386	Dominata	Dominatu

NOI REFORMATORI
Dello Studio di Padoua.

HAuendo veduto per Fede del Padre Inquisitore di Padoua nel Libro intitolato AVLA ZABARELLA, non esserui cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario nostro, niente contro Prencipi, e buoni costumi, concedemo licenza di poterlo stãpare, osseruando gl'ordini, &c.
Dat. à 30. Luglio 1666.

{ NICOLO SAGREDO K. Pr. Ref.
{ BATTISTA NANI K. Pr. Ref.

Angelo Nicolosi Segr.

AVLA


HIERO. CAVAZZA COMES
PATRIT. VEN.
ÆTA. XXCIII.
Ioa: Langlois sculp: 1670

VI b

ITALIA



pliis.Iacobum 2.& alios filios genuit.Iacobus hicà Frid.3.& Max.
1.Impp.cõfirmatus fuit Co. & Eq.S.R.I.ac vir clarissimus extiotit,

A C


AVLA ZABARELLA.

ANdreas Zabarella Eques Patauinus in patria & extra satis clarus, ex Montesia Bernardini de Polentia Rauennæ Domini filia Ioannem, Petrum, & Iacobum genuit aliosque mares & feminas, quorum trium quilibet propriis virtutibus valde insignis fuit, ac ædes proprias Patauij in S. Laurentij via possidebat. Via hæc in Vrbe nostra cæteris omnibus præstat, vocaturque etiam S. Francisci & Vitriariarum, antiquitus vero S. Margaritæ dicebatur. Ioannes domum magnam a turre habebat, quæ ol m Carrariensium fuerat. Petrus verò ædes suas apud S. Francisci Ecclesiam, quæ modo a viro Doctissimo Sertorio Vrsato Equite possidentur. Iacobus autem domum suam apud primã a turre habebat, & fuit hic S.R.I. Comes, & Draconici Ordinis Eques ab Imperatore Sigismundo creatus ac Senator Romanus, & ex Margarita Pia e Dominis Carpi Andream, Carolum, & Alydusium procreauit, quorum Andreas, & Alydusius absque descẽdentia defecerunt. Carolus vero Eq. clarus, & doctiss. patri successit, ac ipsam domum possedit. Domus hæc pariter Carrarensium Pataurii Principum, extiterat, a quibus dotis nomine Zabarellis data fuit. Carolus autem Zabarella ipsius Iacobi filius, ut diximus, in possessionem dictæ domus successit, fuit hic Eques ditissimus, & ex Cicilia Michaelia filia Angeli Michaelii Eq. & Sen. Ven. amplis. Iacobum 2. & alios filios genuit. Iacobus hicà Frid. 3. & Max. 1. Impp. cõfirmatus fuit Co. & Eq. S.R.I. ac vir clarissimus extiotit,

Co. Iacobo Co. Iulius filius cum fratribus successit, qui certe fuit Eq. Patauinus, insignis, diues, magnus, & splendidissimus, quare adhuc ipsius fama viget, & fulget, ac per eccellentiam Generosus dicebatur, prout etiam in scriptorum libris vocatur.

Com. Iulius Zabarella ergo illustris, & generosus Comes & Eq. domum prædictā Auorum suorum possedit, Aulaq; nobilissima, ipsam splendidissimam reddidit.

Et ob hanc Aulam opus hoc modo faciendum mihi curę est, & quamuis multas alias peramplas ædes familia Zabarella possideat cum aulis insignibus, & nobilibus, Aula hæc, vt omnium præstantissima, non tantum huius familiæ, sed totius Vrbis habetur, & ideo præ cæteris Aula Zabarella per Antonomasiam appellatur; & quia rebus gloriosis plena omnibus admirationem fert, quotidie a Ciuibus & aduenis visitur, & in obseruationem habetur superq; ipsa septem syderum insignia conspiciuntur.



Aula Zabarella hæc omnia pulcriora, & antiquitates vrbis, Illustrioresque viros Pataui tam antiqui, quam recentioris æui ostendit, ibique conspiciuntur. Nam Co. Iulius Zabarella prædictus ad se asseruit virum clarissimum Ioannem de Cauacijs nobilem Patauinum antiquitatum & humanitatis peritissimum, ipsumque rogauit, ut in ipsa Aula pingi curaret celebriora facinora Patauinorum: Qui Amico satisfacere plene cupiens, ex Chronicis historiisq; Vrbis selectis clarioribus rebus, ac hominibus, omnia per Gualtherium pictorē celeberrimum Titiani Æmulum pingi curauit &

sub

ſub vniuſcuiuſq; viri illuſtris elogium compoſuit, quæ Presbiter Franciſcus Maurus de Puciuigianis egregie in pariete ſcripſit; prout etiã in altiori parte parietis illius Aulæ circũcirca pro fregio vt fertur Genealogiam familiæ Zabarellę cum omnium ipſius virorum effigie habitibus antiquis, propriis, & valde conſpicuis delineauit, & tandem inter figuras virorum illuſtrium in tabellis quadratis ſiue circularibus hiſtoriæ Patauinæ celebriores pictæ conſpiciuntur; & ideo primo loco ante omnia hæc inſcriptio legitur

ELOGIA HÆC ILLVSTRIVM PATAVINORVM CONDITORISQVE VRBIS, EX HISTORIIS, CHRONICISQVE, QVAM BREVISSIME COLLECTA, IOANNES CAVACIVS FECIT. SCRIPSIT IN PARIETE PRESBITER FRANCISCVS MAVRVS CEREBROSVS PINXIT GVALTHERIVS, CVRA ET SVMPTV COMITIS IVIII ZABARELLÆ ÆDIVM DOMINI OMNES CONTERANEI MDXL X.


Ad intelligentiam autem hiſtoriarum, quæ in hac Aula pictæ, & diſcriptæ ſunt, neceſſe eſt habere aliquam notitiam Originis, & aliarum rerum non ſolum Vrbis Patauinæ, ſed totius Prouinciæ Venetæ, & etiam Rerum Romanarum; non nulla pręmittere decreui, & inde omnem Romanam hiſtoriam delineare quam breuiſsime curabo, ac clariorum Romanorum geſta narrabo, & deueniam tandem ad declarationem rerum in hac Aula Zabarella pictarum & deſcriptarum, quæ omnia ſumma facilitate, & ſatisfactione diſcere quiſque poterit.

Felicitas huius climatis arguit, quod illico poſt diluuium regio hęc culta fuerit, quare ipſius origo fere cum orbe extitit. Nohe etnim ab antiquis etiam Ianus appellatus ex Aſia in Italiam trãſiens, hic ſedem ſuam habuit, locaque nonnulla condidit, quare illius memoria, & ſui nominis adhuc viget in ruribus ab ipſo forſitã nuncu patis Nohenta in territorijs Patauino, Vicentino, & Taruiſino, prout etiam in lapidibus cultus ipſius memoratur, inter quos hic erat in ædibus Ramuſiorum Pataulj in contracta Sancti Petri, ſed inde traslatus fuit ad oppidum Ateſtis vbi adhuc viſitur in ædibus Excel. D. Marci Contareni Diui Marci Procuratoris prope Eccleſiam RR. Patrum Capucinorum, de quo etiam in meis Aruntiis pag. 86. locutus ſum

IANO PATRI
AVGVSTO SACRVM
C. IVLIVS C. F. SER.
AETOR AED.
DONATVS AB TIB. CAES.
AVG. F. AVGVSTO TORQVE
MAIORE BELLO DALMA-
TICO OB HONOREM
II. VIRATVS CVM LIBERIS
SVIS POSVIT.

Et quia ipse Ianus siue Nohè vidit primam & secundam ætates, scilicet ante & post diluuium, ipsum bicipitem fingebant, ipsique numismata cum bicipiti figura cuderunt ab vna parte, & ab alia rostrum nauis, quia in nauiseu Archa ipse Nohè familiam suam seruauit, prout etiam Cn. Pompeius Magnus alium nummum his figuris signatum edidit & sunt isti apud me aenei, & argentei, & in museo Com. Ioannes de Lazara.





Origo



Origo denariorũ & monetarum incerta est, nam scriptores aiunt antiquis temporibus contractus & emptiones medio permutationis rei cum re fiebant, sed cum hoc valde esset incommodum, cum quisque rem non haberet idoneam & ab alio desideratam, metalla inuenerunt primo absque vllo signo, inde cum quibusdam figuris, quorum vsus valde placuit, quia absque labore secum portabantur & ad omnem rem acquirendam aptæ erant monetæ ipsæ; & presertim ex auro, quod summo labore è visceribus terræ eruere conabātur. Et hercle videtur, siue apparet, quod natura curauit ipsum celare, vt ab auaritia hominum tutum foret, qui ad eundem inueniendum ad inferos penetrare conantur, & ideo Strabo ait, quod Demetrius Falereus dicere solitus erat, quod homines tandẽ Plutonem ex inferis expellent & ab abissis euellent; quare Ouidius recte cecinit.

——— sed iterum est in viscera terræ
Quosque recondiderat Stigijsque admouerat vmbris,
Effodiuntur opes irritamenta malorum
Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum.
Prodiderat.

Sicut etiam Silius Italicus dicere ausus fuit.

Sed scelerum causas aperit Deus improbus Astur
Visceribus laceræ telluris mergitur imis
Et redit infelix effuso concolor auro.

Diogenes Cinicus aiebat flauum esse aurum ob timorem innumerum persecutorum. Cadmus Fines ante omnes aurum inuenit in

in monte Tangeo, alij Tea & Cathe in Pānonia ferunt. Argentum effodit primus Erictonius Atheniensis in Monte Tangeo Traciæ, vbi Polidorus Vergilius fatetur, quod aurū, & argentum oriuntur. Creta dedit ferrum primo, plumbum Insulæ Casteridæ in Hispania prope Galliciam, Scriptura sacra docet, quod Tubalchaim primus fuit, qui metallis usus fuit. Ianum tamen, fas est credere, primum fuisse qui monetam fabricauit tempore, quo Saturnus a Ioue pulsus in Italiam venit vt Macrobius notat lib. 1. Saturnalium, Ouidius tamen ita scribit.

Multa quidem didici, sed cur naualis in are
Altera signata est, altera forma bipes.
Noscere me duplici posse in imagine, dixit
Ne vetus ipsa dies extenuasset opus.
Causa satis superest. Tuscum rate venit in amnem
Ante perrerato falcifer orbi Deus
Hoc ego Saturnum memini tellure receptum
Cœlitibusque regnis a Ioue pulsus erat.
Inde diu genti mansit Saturnia nomen;
Dicta quoque é Latium terra latente Deo.
At bona posteritas puppera formauit in aere
Hospitis aduentus testificata Dei.

Quod pariter mirè testatus est Ioannis de Mena Poeta Hispanus in suis tercentis moralibus dum ait.

Ianos primiero hallò la moneda
y hierio de cugno los mixtos metalles
Al qual yo mal digo pues tantos de males
Causò en la semiente, que nunca ya queda.
Por esta iustitia se nos desherenda
Por esta los Reyes se e scandalizan.
Por esta los grandes assi tirannizan
Qua no se quin biua seguro ne puoda.

Sed quia numi antiqui signati erant cum figuris animalium, & præcipuè pecudum inde ipsis nomen Pecuniæ datum fuit.

Populi à Nohe hic relicti Indigetes vocabantur, qui post ipsius discessum bonis moribus amissis vitam siluestrem egerunt, venationibus,& aucupiis incumbentes, absque legibus, & ordinibus carne, caseo, & lacte nutriebantur. Hos autem Pelasgi seu Tirenni hinc expulerunt, qui fere tota Italia potiti sunt, quæ ideo Tirenia dicta fuit, prout ab ea vsque ad hæc tempora mare sibi proxi-

mum

mum Tirennum appellatur. Ipsi tamen ab Euganeis post nonnulla sæcula ex hac regione pulsi fuere.

Euganeorum Origo ab auctoribus diuersimode scripta inuenitur: alii enim aiunt ab Argonautis, qui ad has partes fortuito peruenere ipsos descendisse, quia nonnulli ex ipsis hic manere voluerunt, & sedem suam firmarunt.

Ioannes de Nono, siue a Naone, & Andreas Dandulus olim Dux Venetiarum & scriptor egregius scribunt, quod in Cretense Insula fuit quidam Rex Theseus nuncupatus, qui tres habuit filios, Pallum scilicet Nicostratum, & Estem; Pallus dictus etiam Pallucius ab oraculis admonitus, cum sociis quamplurimis discedēs ex Creta ad nostras partes se contulit querens acquas callidas, prout ab oraculis ipsi præceptum fuit, quibus ideo inuentis in territorio Patauino, hic Vrbem fundauit apud montem Braiadanum hodie Rubeum dictum, quam Pallulonam vocari iussit, sicut Euganea Prouincia hæc dicta fuit a nomine suorū, qui Euganei, siue Nobiles dicebantur, & notant hanc regum seriem.

Theseus Rex Cretæ

Necostratus — Pallus Rex Euganeæ I. — Estes

Sardus Rex 2. — Theseus II. Rex III. — Euganea

Sardus 2. Rex IV.

Pallus 2. Rex V.

Otho Rex VI.

Palinurus Rex VII.

Pallus III. Rex VIII.

Dardanus Rex IV.

Pallūs 4. dictus Pallucius & Vologesus Rex X.

Gangina Vxor Atestis Regis 3. Patau. & Venet.

Opinio

Opinio autem veritate magis consentanea, & ab auctoribus laudata est, quod à Socijs Herculis Origo Euganeorum fuerit. Hercules enim Gerione superato Hispaniarum Rege, suorumque gregium exuto, cum bobus seu tauris, pecudibus, aliisque animalibus Gerioni ablatis (armenta enim antiquorum erant diuitiæ) in Italiam se contulit, vbi exercitum suum deleuit, scidit, & licentiam omnibus suis dedit. Nonnulli igitur ex suis socijs & clarioribus militibus ad loca nostra appulsi sunt, hinc Tirennos expulerunt, visaque hac felicissima Prouincia, sedes suas hic ponere statuerunt, sed quia boues, tauros, oues, & pecudes secum in magno numero habebāt, ab ipsis loca diuersa nomen sumpsere, prout Taurilia Bouaria, item Bouarium, & Villa Tauria, Bouolenta, Mandria, Mandriola, & multa alia loca territorii Patauini, quod adhuc seruant, & ita Euganeam Vrbem a se conditam, & hanc prouinciam dixerunt, cuius tamen ipsa Vrbs Euganea Metropolis, & caput erat, Euganeique populi idest Nobiles dicebantur, qui inter mare alpesque incalebant, vt Liuius scribit; ac intra suos fines trigintaquatuor vrbes habebant sub eorum dominio, quæ omnia ab auctoribus recensentur. Fuerunt ideo Euganei appellati, vt dixi, idest Nobiles, quia de se magnam nobilitatem supponebant. Vnde Plinius scribit *Præstantes genere Euganei inde tratto nomine, &c.*

Ouidius autem lib. 5. Fastorum de Hercule agens ita scribit.

Victor abit, secumque boues Erytheida prædam
Abstrahit: at Comites longius ire negant.
Magnaque pars horum desertis manet in agris
Montibus his ponunt, spemque, laremque suum.

Sed quia in operibus Italicis inscriptis l'Antenore, gli Arronzii, Trasea Peto, il Cotelio, & aliis satis egi, hic aliud addere nequeo nisi quod Euganeorum insignia fuerunt hæc videlicet figura Virginis Tricipitis viridi amicta vestitu in clypeo, siue plano aureo.



Prop-


INCLYTVS ANTENOR PATRIĀ VOX NISA QVIETE
TRANSTVLIT HVC HENETV̄ DARDANIDVQ. FVGAS
EXPVLIT EVGANEOS, PATAVINĀ CONDIDIT VRBĒ
QVĒ TENET HIC HVMILI MARMORE CESA DOMVS
Ruffoni f.
In Padoua per Mattio Cadorin

Propter Helenæ Argiuæ pulcritudinem, & raptum a Paride factum magnum illud bellum inter Græcos, & Troianos ortum est, quod apud Homerum, & alios auctores descriptum legitur. Quo finito cum Ilij excidio Antenor Germanus frater Priami Regis cũ magno exercitu Troianorum & Henetorum nauibus ingressus ad hanc nostram regionem se contulit, vbi victis, & expulsis Euganeis Patauinam condidit Vrbem, ibique ipse inde regnauit, & in pace quieuit, & adhuc apud ædes Sancti Laurentij Patauij sepulcrum ipsius extat cum hoc epitaphio super eiusdem archa marmorea inscripto

Inclytus Antenor Patriam vox nisa quietem
Transtulit huc Henetum Dardanidumque fugas
Expulit Euganeos, Patauinum condidit Vrbem
Quem tenet hic humili marmore cæsa domus.

Bernardus Georgius vero dum Præturam Pataui ageret nonnulla Carmina edidit, inter quæ de Antenore hæc Epitaphia composuit.

Troius Antenor iacet hac sub mole sepultus
Qui patria euersa, classe has delatus ad oras,
Euganeis bello victis, hanc condidit vrbem,
Vnde hoc defuncto socijs erexere sepulcrum.

Altera inscriptio.

Hic iacet Antenor Troiana ex Vrbe profectus,
Qui patria pulsus, Patauinam condidit Vrbem
Palladium ex Asia portans, & Pergama secum,
Qui functus vita, fuit hoc sub monte sepultus.

Quare Ioannes Cauacius prædictus ab Antenore incipiens ipsum in pariete dictæ nostræ Aulæ Zabarellæ egregie pingi curauit, & sub ipsius effigie & figura omnem hanc ipsius historiam hoc elogio descripsit.

EX DIONIS GRISOSTOMI HISTORIA
Homeri fabulam refellentis.

Tyndarus Rex Spartanus ex Leda quatuor suscepit Liberos, Castorem Pollucem, Clytemnestram & Helenam, Clytemnestra Agamemnoni Argiuorum Regi connubio iunxit, Helenam Thesæus adhuc teneram rapuit. Fratres longe fortissimi Archiuorum exemplo raptorem insecuti, expugnata Thesæi Patria, matri captiuam ducentes puellam reddiderunt. Cæterum Tyndarus filijs affinitatem Regis Asiæ flagitantibus post habito Menelao Agamemnonis fratre, alijsque proceribus, Alexandrum Priami filium animi præstantia nemini cedētem ornata classe Lacedemonem profectum sibi Generum adiunxit. Verum Achiui, in primis Menelaus, qui ante alios flagrabat amore speciosissimæ mulieris prælatos Græcis barbaros ægre patiens, ingenti classe instructa, Troianis bella intulerunt, sed aduerso Marte, cum ducibus suis infractis Achilleque ab Hectore interfecto malos euentus turpeque redditum in patriam reportarunt. Cæterum Hector, qui stirpis maximus erat post obitum Priami tranquillum rexit imperium, quod vt auctum Scamandro filio legauit. Tres validissimas classes viris, armisque munitas Tribus Ducibus, quorum fortasse opera vsus erat in eo bello tradidit, vt quando quisque vnum sibi regnum acquireret, nam pars regni Priami peracta illis erat. Casibus denique varijs Aeneas in Campaniam, Helenus in Græciam delati, letas ibi sedes locauere. Postremò Antenor Henetorum Dux in intimnm maris Adriatici sinum penetrauit. Hic est Antenor Troianus, qui pulsis Euganeis oræ illius incolis Vrbem celeberrimam condidit, quam siue a Padi vicinitate, vel ab augurio ex græco deducto; seu quod auem bello petisset Patauium nominauit, Regionem Venetiam, Gens vniuersa postea Veneti appellati. Huius Viri ossa in oppido à se condito sub æde D. Laurentij in marmoreo tumulo pulcherrime quiescunt.

Dardanus Iouis filius seu Comboblasconis Tusciæ Regis occiso Iasio fratre ex Italia profugus primo in Samotraciam inde in Hellespontum, & tandem in Phrigiam secessit, quæ prouincia minoris Asiæ tunc erat, vbi Vrbem claram constituit Dardaniam à se dictam anno 800. ante Romam conditam, cuius ideo fuit Rex primus Phrigięque, & Asiæ, cui filius Erictonius successit & fuit Rex 2. qui genuit

genuit Trohem Regem tertium, a quo ipſa Vrbs Troia dicta fuit, ex Trohæ nati ſunt Ilus Rex 4. & Aſſaracus. Ab Ilo autem Ilium nomen ſumpſit; cui ſucceſſit filius Laomedon Rex 5. ex quo nati ſunt Priamus Rex 6. & Antenor; Priamus genuit Hectorem, & alios filios, ex Hectore autem nati ſunt Scamandrus ſeu Aſtianas & Laodamas; ex Antenore verò Laocoon & alii xix. filii. Sicut ex Aſſaraco natus eſt Capis Aſſuetus, qui genuit Patrem Anchiſem, ex quo & Venere Dea teſte Virgilio natus eſt Aeneas. Sub Priamo Troia euerſa eſt, & ipſe occiſus fuit; & poſt ipſius mortem Aeneas incenſæ Vrbis regimem occupauit, fuitque Rex 7. ſed cito eam reliquit & ab ipſa regione diſceſſit. Tunc aiunt Antenorem in locum Aeneæ ſucceſſiſſe, fuiſſeque Regem Phrigiæ 8. ſed relicto illic Laocoonte filio diſceſſit cum aliis filiis ſuis. Laocoon autem erat Neptuni Sacerdos, & ſuccedens Patri fuit Phrigiæ Rex 9. ſedemque ipſam filiis Etheoni, & Melantho reliquit, qui ideo fuerunt primus Rex x. ſecundus Rex xi. Troiæ, & Phrigiæ; quo tempore Hectoris filii armata manu reuerſi ſunt in Phrigiam & priuatis Antenoridibus regnum auitum redemerunt, quare Scamandrus, ſiue Aſtianas fuit Rex 12. & Laodamas Rex 13. & ita Linea Priami in regni Troiani poſſeſſionem reuerſa eſt; quare apud Euſebium ita legitur Anno Mundi 4038 *Hectoris filij Ilium receperunt expulſis Antenoris poſteris, Heleno eis ſubſidium ferente*. Sed quia aliquis error hic oriri poſſet ad intelligentiam hiſtoriæ Troianæ, & ad ſucceſſionem Regum Troiæ & Phrigiæ, placet hic arborem genealogicam ipſorum regum addere.

Dardanus Rex I. Troiæ, Phrigiæ, & Aſiæ.
|
Erictonius Rex II. Troiæ, & Phrigiæ
|
Tros a quo Troia dicta Rex III.
|

Ilus a quo Ilion Rex IV.	Ganimedes	Aſaracus Princeps Troiæ
Laomedons Rex V.		Capis Aſſuetus Princeps

Priamus Rex VI.	Antenor Rex VIII.	Anchiſes Princ. Troiæ
Hector Pr. Troiæ	Laocoon Rex IX.	Aeneas Rex VII.

Scamandrus Rex XII.	Laodamas Rex XIII.	Etheon Rex 10.	Melanthus Rex 11	Aſcanius Rex Albę	Siluius Rex Alb.

Antenorem ex ſtirpe Regum Troiæ nemo eſt qui dubitet fuiſſe alij enim dicunt fuiſſe filium Laomedontis Regis Troiæ, alijque ex Capi ſeu Aſſueto ortum eſt ; poſt Aeneæ diſceſſum ex Phrigia, regimen ſuſcepit, quod inde reliquit Laocoonti filio, ut dixi, fuitq; ipſe Rex 8. & Laocoon Rex 9. cui ſucceſſeruntfilij qui ab Hectoris filijs inde pulſi fuere . Theano filia Ciſſei Regis Traciæ fuit vxor Antenoris vt Homerus teſtatur lib.6. Iliadum .

His portas aperuit Theano pulcras genas habens
Ciſſeis Vxor Antenoris bellicoſi
Hanc enim Troiani fecerunt Mineruæ Sacerdotem .

Et ex hac Antenor xix. filios ſuſcepit, prout in ſequenti ſtemmate clare patet; cum Pedeo eiuſdem filio naturali .

Antenor Princeps & inde Rex Troiæ, Traciæque, Scitharum & Vmbrorum ac tandem Pataui & Venetorum I.

Elicaon Rex 2. Patau. & Ven. — Laodam. Rex Traciæ 2. — Terſilocus Dux clarus — Polidamas Rex 2. Scithar. & Vmbr.

Crino Virgo — Mimans
Archilochus — Iſſidamans
Demoleon — Choon
Antheus — Laodochus
Agenor diu. — Polibus
Medontes — Pedeus Nat.
Glaucus — Erimantus
Achamas — Hippolocus

Laocoon Sacerdos Neptuni Rex Troiæ 9.

Etheon Rex x. — Melanthus Rex xi.

In

loco versus Italiam iter arripuit, ut auctores scribunt. De cæteris autem filiis ipsius ex Homero scimus quod Archilocus, Issidamas, Demoleon, Choon, Antheus, & Pædeus in bello Troiano extin-



cti





Neptuni Rex Troiæ 9.

Ethcon Rex x. Melanthus Rex xi.

In

In Chronicis antiquis vrbis Patauinæ legitur quod Antenor ferebat in suis clypeis & vexillis tria lilia aurea in plano cæruleo, prout Galliarum Reges faciant vt a Troianis orti.
Insuper scacheriam albi & rubri coloris per totum clypeum.

Et etiam Troiam, siue scropham rubram in plano aureo.
Prout ex Ariosto discimus habuisse aquilam argenteam in plano cæruleo, qua vtūtur Serenis. domus Atestina, & Brunsuicensis quæ pariter ad Troianos originem suam referunt.
Relicta Troia Laocōnti filio Antenor in Traciam se transtulit, ibique vt Rex olim succe ssus in Soceri Regis locum, Traciæ Rex creatus seu confirmatus fuit; sed quia à Celo ad alias partes vocatus erat, regnum illud Laodamanti alio filio suo reliquit, & nauibus ingressus cum alijs filijs Elicaone, Polidamante, Crino, atque Tersiloco versus Italiam iter arripuit, ut auctores scribunt. De cæteris autem filiis ipsius ex Homero scimus quod Archilocus, Issidamas, Demoleon, Choon, Antheus, & Pædeus in bello Troiano extincti

cti sunt; Agenor, Polibus, Medontes, & Mimas in Phrigia manserunt, Glaucus & Erimantus in Cretam; & Achamas Hippolocusque in Africam se contulere, locaque sub Antenoris nomen condidere; Laocoonque & filii regnarunt in Phrigia. Iter Antenoris apud Virgilium descriptum legitur lib. 1 Aeneidum illis carminibus; & hęc historia picta conspicitur post figuram & effigiem Antenoris super porta Aulæ cum suo aduentu ad has partes in suis nauibus.

Antenor potuit medijs elapsus Achiuis
Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus
Regna Liburnorum, & fontem superare Timaui.
Vnde per hora nouem vasto cum murmure montis
It mare proruptum: & pelago premit arua sonanti.
Hic tamen ille Vrbem Patauî, sedesque locauit
Teucrorum, & genti nomen dedit, armaque fixit
Troia: nunc placida compostus pace quiescit.

Titus Liuius in principio sui maximi laboris scilicet Decade prima, & libro primo totam hanc historiam his verbis clare delineauit.

Iam primum omnium satis constat, Troia capta in cæteros sæuitum esse Troianos, duobus Aenea, Antenoreque & vetusti iure hospitij, & quia pacis reddendeque Helenæ semper auctores fuerunt, omne ius belli Achiuos abstinuisse: Casibus denique varijs Antenorem cum multitudine Henetum, qui seditione ex Paphlagonia pulsi, & sedes, & Ducem Rege Pylemene ad Troiam amisso, quærebant; venisse in intimum maris Adriatici sinum: Euganeisque qui inter mare alpesque incolebant, pulsis: Henetos Troianosque eas tenuisse terras, & in quem primum egressi sunt locum, Troia vocatur: pagoq; inde Troiano nomen est: Gens vniuersa Veneti appellati.

In meo Antenore prout & in Corelio à me iam edito docui, quod Elicaon Polidamas Crino & forsitan Tersilocus Patrem secuti sunt ac secum fuerunt ad omnia gesta & ad expulsionem Euganeorum, ac ad fundationem Vrbis Patauinæ, cuius inde & Venetorum Antenor fuit Rex primus, sed ipso defuncto Elicaon filius ipsi successit fuitque Rex ii. in his partibus, & post ipsum Atestes nepos Rex iii. Defuncto Atteste nullum Regem certum huius Vrbis & prouinciæ non habemus; puto nihilominus alios quoque reges extitisse rationibus & auctoritatibus a me in dicto Antenore adductis, & præsertim isti nempe Antenor ii. Deiphebus seu Istrus, Priamus, Patauius, Tilla, Ventus, seu Venetus, Dardanus, Atrius, Antenor iii. Eli-

Ioui Feretrio primus in Capitolio Sacrauit. Regnauit Ann.26.M.2 D.18.

Numa


ROMA
S.P.Q.R.
P. Maggiore
P. S. Lorenzo
P. Salara
P. Pinciana
P. del Popolo
P. Castello
P. Angelica
P. Pertusa
P. S. Pancratio
P. Portese
TEVERE F.
P. S. Paolo
P. S. Sebastiano
P. Latina
P. S. Giouanni
In Padoua per
Mattio Cadorin

iii.Elicaon ii. Ateſtes ii. & etiam alij diuerſis nominibus appellati ; quos omnes Patauij Venetorumq; reges extitiſſe mihi opinio eſt ; & ab his gentes Actiam & Aſconiam ortum habuiſſe exiſtimo, vt de Pediano Silius Italicus ſcribit, aliique de Vitaliano, & Ianuſio Patauij Decurionibus, ac tandem Anapeſtos Antenoreoſque Duces Venetiarum , vt in dicto meo Antenore oſtendere conatus ſum.

Verum enimuero Romæ Regibus exactis Reipublicæ regimem Patricii ſumpſerunt. Ita Patauii libertate omnino orta : Ciues proprii patriam & prouinciam hanc rexerunt, quamplurima bella & facinora Patauini certe egiſſe creditur, ſed tempus edax omnia conſumpſit, & fortaſſe Roma omnia meliora ſibi arripuit, paucis exceptis, de quibus infra ſuis locis agemus. Sed antiquam ad vlteriora progrediamur opus eſſe puto hic nonnulla Romanarum rerum præmittere.



In Aula Heroum a me edita originem vrbis Romæ a Regibus Albanis deſcripſi & eorum nomina in arbore delineaui. Romulus enim ipſam condidit & a ſe ita vocari voluit; Rex enim primus illius fuit, Aſylum aperuit vbi fugientes tuti manere poſſent centum Patres elegit ſeu Senatores , a quibus eorum conceſſus *Senatus* dictus fuit, & eorum poſteri *Patricij* vocati fuerunt. Sabinas rapuit & medio ipſarum pax cum Sabinis facta eſt conditione quod Titus Tatius eorum Rex cum Romulo Rempublicã regere debeat, & a Quire Sabinorum Vrbe omnes Quirites dicti fuiſſent, ſed mortuo T. Tatio Romulus regnauit ſolus, ordinemq; Equeſtrem inſtituit, Curias 30 plebi adſignauit a Matronis Romanis appellatas . De Cæninenſibus Antemnatibus Veientibus, & Camarinis triumphauit, atque opima ſpolia Acronis Cæninenſium regis a ſe interfecti Ioui Feretrio primus in Capitolio Sacrauit. Regnauit Ann. 36. M. 2 D. 18.

Numa



Numa Pompilius Sabinus post annum interregni Rex Romæ ii. creatus fuit, sacra, cæremonias, & Deorum cultum instituit, regnauit Ann. 43.



Tullus Hostilius Sabinus fuit Romanorum Rex iii. Dux fortissimus vicit Albanos, Fidenates, & Sabinos, Albam diruit, Albanumque populum Romam duxit. Regnauit An. 32.



Ancus Marcius Rex Romæ iv. septem bella gessit feliciter de Veientibus, & Sabinis triumphauit, Ostiam condidit. Regnauitque Annos xxiv

Tar-



Tarquinius Priscus Rex Romæ v. extitit alios centum Patres elegit, quorum posteri itidem *Patricij dicti fuerunt*, de Etruscis, Sabinis, & Latinis triumphauit, insignia, & ornamenta triumphalia ab Etruscis retulit. Regnauit Ann. 38.



Seruius Tullus Rex Romæ vi. Lustrum, Censumque instituit, de Etruscis tertium triumphum egit, aeneum numum percussit, urbē in quinque classes diuisit, multasque leges condidit; & regnauit Annos 44.




Tarquinius Superbus Rex vii. templum Ioui in Capitolio condi-

dit ex hostium manubiis; ferias latinas instituit. Regnauit Annos 25.& ob stuprum Lucretię à Sesto filio illatum a Iunio Bruto regno & vrbe cum filiis pulsus est A.V.C. 244.

Lucius Iunius Brutus summam prudentiam simulata stultitia texit, ideo vix natum fuit stuprū Lucretiæ quod ipse Sextus Regis filius intulit; subleuato populo Regem cum filiis expulit, Cōsulatum instituit, aliosque centum Patres elegit, quorum posteri *Patricij minorum gentium & Patres conscripti* vocati fuere, leges nouas statuit & Rempublicam perpetuam constituit.

Insignia vero Reip. Romanæ instituta fuerunt litteræ quatuor S.P.Q.R. quarū sensus erat Senatus Populusque Romanus, quas adhuc Vrbs Roma in clypeis fert hoc modo.



Sed quia in ipsa Ordo Equestris magnam habebat auctoritatem, ita quod Resp. regebatur a tribus ordinibus vid. a Senatu, ab Equitibus & a Populo, vt in meo Corelio docui, hic aliud non addam, nisi numum ab Augusto editum Consensu Senatus, Equestris Ordinis, Populique Romani, quem in Museo Lazario ex ære Corynthio pulcherrimum inspexi.

Post

AVGVSTO



Post Brutum per nonnullos annos Patritii tantum Consulatum aliosque Curules Magistratus petebant cum Sacerdotijs; quo tempore cum Tarquinijs, Porsena Rege, Sabinis, Tuscis & Latinis multa bella egerunt Romani, sed cum vrgebat Dictator eligebatur cum auctoritate suprema, qui alium Senatorem sibi Magistrum Equitum eligere solebat. Anno V.C.260. scil. Consulatu 16. Tribuni Plebis creati sunt; Anno autem 303. pro condendis legibus Decemuiros elegerunt; sed post biennium ad Consulatum reuersi sunt, indeque per aliquot annos Tribuni Militum Consulari potestate Reipub. regimem tenuerunt.



A. V. C. 314. L. Quinct. Cincinnatus Dictator Equis & Volscis victis ac sub iugo missis, Minutio Consule cum suo exercitu liberato abdicauit.



A.V.C. 325. Aul. Corn.Coſſus Lartem Tolumnium Veientum Regem ſingulari certamine vicit, & occidit, ac de eo ſpolia Opima ſecundus à Romulo Ioui Feretrio ſacrauit, & de Veientibus uictis triumphauit.

Verum Anno 360. ab V.C. L.Furius Camillus à Tribunis Plebis exilio vrbe pulſus erat; eo tempore Galli ſuperatis alpibus in Longobardiam ingreſſi victis Tuſcis totam illam regionem occupparunt, vbi & Mediolanum conſtruxerunt prout inde & alii Galli, alias finitimas regiones acquiſiuerunt; adeo quod cis Padum, & in his partibus Veneti ſoli ob Gallorum iugo liberi manſerunt; Venetarum Ciuitatum autem Caput & Metropolis Patauium erat.

Anno V.C. 303. Galli verſus Romam euntes paruo labore exercitus Romanorum ſuperarunt, quare inde etiam Roma ipſa ab ipſis capta, & Capitolium per menſes ſex obſceſſum fuit. Hoc tempore his auditis Veneti, qui cum Romanis amore, & neceſſitudine iuncti erant; loca Gallorum inuaſerunt, igneque & fero omnia deuaſtarunt. Quæ Gallis Romæ relata vix fuerunt, quod ipſi diuiſerunt vires & exercitus, quare alij manſerunt ad Capitolii obſidionem, & alii ad tuendas res ſuas venerunt, & cum Patauinis & Venetis magna bella habuere.



Camillus interim ab exilio vocatus, & Dictator dictus paruo labore

bore pariter Gallos vicit, ferèque deleuit, quod insigne Patauinorum factum Polibius lib. 2. his verbis illustrat.

Inter Padua absque Alpes habitant Latij, mox Libitij: dehinc ingens Insubrum natio: post non longe a ripa fluminis Cenomani. Loca vero mari Adriatico vicina antiquum ex Paphlagonia genus colit, hi Veneti appellati, neque moribus, neque ornatu corporis, sed tantummodo lingua à Gallis differunt. Sed sequenti pagina idem Polibius omnia suprascripta clarè describit, dum Gallorum gesta narrat, & hæc his propriis verbis.

Interiectis temporibus cum bellum aduersus populum Romanum gererent: superatos prælio Romanos, & turpiter in fugam conuersos persecuti, triduo post initam pugnam Roma præter Capitolium potiti sunt. Sed Veneti per id tempus regionem eorum infestantibus, retrocedere coacti, fœdere cum Romanis percusso, ac restituta Vrbi libertate, domum remigrarunt.

Quia Plebs Romana in qua nobiles quamplurimi erant extra ordinem, & numerum Patritiorum Consulatum, aliosque Magistratus Curules ambiebant, Magistratus Tribunorum militum Consulari potestate inuentus fuit communis tam Patribus, quam plebeis, qui primo tres, inde quatuor, quinque & sex creati erant tam Patritii quam plebei; & Rempublicam rexerunt vsque ad annum 387. Quo anno statutum fuit Consules creari debere alter Patritius, & alter e plebe; factique fuerunt Consules L. Æmilius Mamercus ex Patritiis, & L. Sextius Lateranus primus e plebe, & sic deinceps semper factum fuit. Veruntamen sciendum est, quod Plebei dicebantur omnes, qui non erant de numero Patritiorum, quos Romulus, Tarquinius Priscus, & L. Iulius Brutus elegerunt; itaut tot alii dicti Plebeij erant viri Clariss. & Nobiliss. sed quia in meis superioribus inscriptis Trasea Peto, gli Arronzii, il Corelio, gli Valerij, il Tito Liuio, & Aula Heroum omnia declaraui, Lectores antiquitatum cupidi libros ipsos legant, & omnia satis discent.

Ommittere autem nequeo nonnulla Romanorum gesta, quæ ad satisfactionem cuiuscunque historias diligentis spectat.



Anno

Anno V. C. 400. T. Manlius Torquatus miles fortissimus floruit, filium quia contra præceptum suum pugnauit etsi victoriosus redderet, securi percuti iussit. Gallum prouocatorem vicit, occidit, & torque priuauit, quo collum suum ornauit, & ideo Torquatus cognominatus est.



Anno V. C. 410. M. Valerius Consul cum Gallo fortissimo pugnans Coruus in ipsius galea consedit, ac inde in hostem os, & oculos eiùs rostro & vnguibus appetit, donec à Valerio occisus fuit, qui ob id Coruus appellatus fuit.



Anno V. C. 429. L. Papirius Cursor ob pedem velocitatem dictus de Samnitis triumphauit, iuditio Senatus omnium ducum sui temporis fortissimus, & contra Alexandrum Magnum, si in Italiam venisset destinatus.

Anno V. C. 450. Consulibus Ser. Cornelio Lentulo, & L. Genutio Auentinensi fuit aduentus in nauibus Cleonymi Lacedemonij Piratæ in Italiam, qui inuadit agrum Patauinum, quod factum insigne post prædicti Flauii Volusij effigiem, & elogium pictum videtur cum ingenti pugna aduersus Patauinos, cum maxima ipsius clade; prout etiam in Aula magna vbi Senatus Pataui habetur cum

eum hac inſcriptione ipſa pugna picta videtur.

Cleonymus Lacedemon inuectum Meduaco leui nauigium, aduerſo flumine impellit, inde egreſſi Spartiadæ Vicos expugnant, inflamant tecta, noſtri iuuentutem educunt, quæ impetum in claſſem & palantes facit. Quæ illi fundũtur, hæc capitur freti Patauini Cleonimum grauiori nauigio ad hoſtia operientem aggrediuntur expellunt Victores roſtra nauium ſpoliaq; Græcorum in æde Iunonis ſuſpendunt. T. Liuius autem lib. x. omnia predicta ita deſcribit.

Eodem anno claſſis Græcorum Cleonymo Duce Lacedemonio ad Italiæ littora appulſa, Thurios Vrbem in Sallentinis cæpit. Aduerſus hunc hoſtem Conſul Aemilius miſſus prælio vno fugatum compulit in naues. Thuriæ redditæ veteri cultori, Sallentinoque agro pax pacta. Iunium Bubulcum Dictatorem dictum in Sallentinos in quibuſdam annalibus inuenio: & Cleonymum priuſquam confligendum eſſet cum Romanis Italia exceſſiſſe. Circumuentus inde Brundusij promontorium, medioque ſinu Adriatico ventis latus, cum læua importuoſa Italiæ littora, dextra Illyrij Liburnique, & Iſtri gentes feræ, & magna ex parte latrocinijs maritimis infames terrerent. Penitus ad littora Venetorum peruenit. Ibi expoſitis paucis, qui loca explorarent, cum audiſſet tenue prætentum litus eſſe: quod tranſgreſſus ſtagna ab tergo ſint irrigua teſtibus maritimis: agros, haud procul proximos campeſtres cerni: vlteriora colles: inde eſſe oſtium fluminis prælati, quo circumiungi naues cum in ſtationem tutam vidiſſet (Meduacus omnis erat) eo inuectam claſſem ſubire flumine aduerſo iuſſit. Grauiſſimas nauium non pertulit alueus fluminis, in læuiora nauigia trangreſſa multitudo armatorum ad frequentes agros, tribus maritimis Patauinorum vicis colentibus eam oram peruenit, ibi egreſſi leui præſidio nauibus relicto, vicos expugnant: inflamant tecta: hominum pecudumque prædam agunt; & dulcedine prædandi longius vſque a nauibus procedunt. Hæc vbi Patauium ſunt nuntiata (ſemper autem eos in armis accolæ Galli habebant) in duas partes iuuentutem diuidunt, altera in regionẽ, qua effuſa populatio nuntiabatur, altera ne cui prædonum obuia fieret, altero itinere ad ſtationem nauium (millia autem xiv ab opido aberat) ducta, in naues paruas cuſtodibus interemptis impetus factus: territique nautæ coguntur naues in alteram ripam amnis tranijcere, & in terra proſperum neque in palatos prædatores prælium fuerat, refugiẽtibus ad ſtationem Græcis Veneti obſiſtunt; ita in medio circumuenti hoſtes cæſique pars capti claſſem indicant, regemque Cleonymum tria inde millia abeſſe. Ibi captiuis proximo vico in cuſtodiam datis, pars fluuiales naues ad ſuperanda vada ſtagnorum apte planis alueis fabricatas, pars captiua nauigia armatis complẽt: profectique ad claſſem immobiles naues, & loca ignota plus quam hoſtem

timentes

timentes circumuadunt: fugientesque in altum, ac nusquam repugnantes vsque ad ostium amnis persecuti, captis quibusdam incensisque nauibus hostiũ, quas trepidatio in vada intulerat, victores reuertuntur. Cleonymus vix quinta parte nauium incolumi, nullaque regione maris Hadriatici prospere adita discessit. Rostra nauium spoliaque Laconum in æde Iunonis veteri fixa, multi supersunt qui viderunt. Patauij monumentum naualis pugnæ eo die, quo pugnatum est, quotannis solemni certamine nauium in flumine opidi medio exercetur.

Albertinus Mussatus lib. 9. suę historiæ in qua de obsidione Vrbis Patauine scribit, hoc insigne Patauinorum factum memorat his carminibus.

Cleonymus Rex Grecorum delapsus ab vndis
Adriaticis multa vicina per equora classe
Inuasit Patauos ingenti turbine visos,
Quem contra egressi Patauina ex Vrbe coloni
Deleuere suis conclusum finibus, altas
Ei capere ratis, fugitque per equora solus.
Moenibus excelsas secum traxere carinas
Antiqui Frondes Pataui. Solemnia nostri
Festa iacis hodie, memorant naualia nautæ.



Anno V. C. 452. Q. Fabius Maximus Rullus siue Rullianus dictus etiam Rutilianus claruit, & ob egregia ipsius facinora Maximus cognominatus fuit, de Apulis, Nucerinis, Gallis, Vmbris, Marsis, Tuscis, atque Samnitibus triumphauit, defunctus publico ære elatus est.

Post victoriam Patauinorum contra Græcos supra narratam sequitur pulcherrima, & spectatissima Titi Liuii effigies & imago à Gualtherio pictore celeberrimo egregie facta & in pariete picta;

quæ

quæ si inde auferri posset maximo prætio venderetur, eo quod mirabilis dici potest, & ita ab omnibus tenetur; sub ipsa autem hoc Ioannis Cauacii elogium legitur.

Titus Lius Caij Filius uatus ante bellum Ciuile Cæsaris, & Pompeij, Quinctiliano teste in historia nemini secundus; Cornelius Tacitus eloquentiæ & fidei primas ei attribuit; Auctore Seneca docuit Salustium sumpta ex Tucydide deprauasse. In vltimis terris quanta huius vera fama fuerit D. Hieronimus ex Plinio ostendit, ipso hortante Claudius Imperator adolescens scripsit historiam. Amicitiæ Augusti licet Pompeianus non offecit militia ciuiumque concordia insignis, & auctus filia L. Magio Oratori Romano nupta. Epitaphium sibi & suis omnibus Patauij V. F. vbi excessit Anno iv. Tiberij Cæsaris Ætatis lxxvi. Quod & propria effigies vna cum suis reliquijs munere patriæ in magno palatio extant.

In opere meo Trasea Peto inscripto lib. 1. pag. 42. 44. 46. de hoc viro clarissimo egi & de suis inscriptionibus infra positis prout, & in alijs laboribus meis nempe in Arruntiis pag. 65. & in Corelio. sed præsertim in opere ipsius intuito composito & Italicæ Tito Liuio inscripto, vbi de ipso suisq; maioribus, & posteris particulariter egi ac de ipsius gente Liuia Consulari, & præclarissima anno præterito in lucem edito. Iacobus Philippus Tomasinus Aemoniæ Episcopus vitam ipsius edidit in opere doctissimo, cui titulus T. Liuius. Hoc loco tamen de ipso nonnulla dicere puto, etsi lumen Soli accenso cereo addere videar.

Titus Liuius Patauij natus est A. M. 5142. V. C. 695. Olimp. 180. A. 2. cum esser indole egregia, ingenio perspicaci & vasta memoria primis in artibus mire profecit, inde Philosophiæ, mox iurisprudentiæ, & politicæ se totum addixit. Aureo Augusti Cæsaris fæculo Romam accessit; illuc enim viri docti ex omni Orbis terrarum angulo conuolabant. In primis dialogos quos de Philosophia cõposuerat Augusto detulit, à quo ideo hilariter exceptus fuit, & honoribus exornatus. Claudii Cæsaris præceptor euasit, & ipsum historias Romanas scribere docuit. Scripsit de Arte Rhetorica in epistolam ad filium, Romanamque historiam in libros 140. com-

D posuit

posuit, quare ipsius fama tam exceluit, & per orbem lata est, vt D. Hieronimus admirans scribit de ipso uerba hæc.

Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem, de vltimis Hispaniæ Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus, & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Ex Libris 140. 35. tantum extant, alii perierunt, habemus enim Decades primam, tertiam, quartam, & medietatem quintæ, etsi alij dicant ipsum in libris non in decadibus opus suum diuisisse, Flori epitome omnes libros 140. complectitur; Valerius autem Martialis, de immensitate tanti laboris scribere non dubitauit.

Pellibus exiguis arctatur Liuius ingens
Quem mea non totum bibliotheca capit.

Quia Pompeium magnum valde laudauit, Augustus ipsum Pōpeianum vocabat, & Asinius Pollio ipsi Patauinitatem quasi Pompeianitatem obiecit, ipse enim Remp. Romanam dilexit valde, omnesque illius fautores, prout omnes Patauini faciebant, quare Iuuenalis Poeta clarus in satiris de Trasea Peto Patauino, & de Heluidio Prisco ipsius genero ita cecinit.

Quare coronati Thrasea Heluidiusque bibebant
Brutorum & Cassij natalibus.

Quia isti Tarquinios expullerunt, & Cæsarē occiderunt libertatis Romanæ oppressores. Titus Liuius mortuo Augusto in patriam reuersus est. vbi anno 4. Tiberij Imperatoris decessit Anno Domini 20. V.C. 771. & Mundi 3990. Etatis suæ 76. Ipsius stemma.

C. Liuius Ciuis Patauinus

Titus Liuius Historicus
Vxor Cassia prima Sexti filia

Liuia I	T. Liuius Priscus	Liuia II.	Liuia III.	T. Liuius Longus	Liuia IV.

Ex hac tabula patet quod T. Liuius fuit Caij Liuij filius, vxorem habuit Cassiam primam Sexti filiam, & filios sex nempe T. Liuium Priscum, & T. Liuium Longum mares, & quatuor filias sub nomine Liuia nuncupatas, scil. Liuia prima, Liuia secunda, Liuia tertia, & Liuia quarta; Romani enim filiabus nomen gentilitium imponebant, & si duæ tantum erant maioris & minoris appellatione, sin autem

autem plures a numero distinguebantur, vt in meis operibus prædictis clare docui; de filijs maribus & Vxore T. Liuij fidem habemus in hoc lapide antiquissimo Patauij existente in ædibus Annibalis Capilistei Co. & Equitis Patauini clarissimi apud Ecclesiam Sancti Danielis, qui ita inscriptus est.

T. LIVIVS C. F. SIBI
ET SVIS
T. LIVIO T. F. PRISCO F.
T. LIVIO T. F. LONGO F.
CASSIAE SEX. F. PRIMAE
VXORI.

Ex fœminis autem de Liuia quarta tantum memoriam habemus in lapide in magno Palatio Patauino existente ut infra dicemus.

De his lapidibus quia satis locutus sum in meis operibus dictis Trasea Peto, Arrunzij, & Corelius, & Titus Liuius; hic aliud non addam nisi quod vna ex ipsius filiabus nupta fuit L. Magio Senatori Romano, de Quarta egi sed si modo mihi dicendum esset, aliter fortasse scriberem, ut in meo opere Tito Liuio dixi.

Ossa Titi Liuij per tot sæcula latuerunt, & occulta manserunt vsque ad annum Domini 1413. quo inuenta sunt in Cœnobio D. Iustinæ maxima vrbis lætitia; quare illico S.C. decretum fuit illa in palatium Prætorium transferre, quod ut fieret summa solemnitate, & absque tumultu tres viri nobiles electi fuere ex quolibet ordine nempe Paulus de Leone Eques, Prosdocimus de Comitibus Legum Doctor, & Ioannes Zabarella ex Decurionibus Viri diuitijs & virtutibus insignes, qui cum tribus popularibus omnia ad summam excellentiam redigerunt. Fuerunt ideo illa Ossa notabilia in palatium lata magno ciuium concursu, & celeberrima pompa, ac nobilium humeris illuc translata sunt, & super portam occidentalem posita fuere cum ipsius figura marmorea, ante thalamum seu locum vbi est officium Prouisorum Salutis Ciuitatis cum hac inscriptione ab extra.

Ossa T. Liuij Patauini vnius omnium mortalium Iudicio digni,
Cuius prope inuicto calamo Inuicti Populi Romani Res gestæ
conscriberentur.

Super eadem porta interius legitur vero hæc memoria in lapide marmoreo.

Inclyto Alphonso Aragonum Rege studiorum fautori, Reipublicę Veneta Fœderato, Antonio Panormita Poeta Legato suo orante & Mattheo Victurio huius Vrbis Pratore constantissimo intercedente, ex historiarum parentis T. Liuij Ossibus, quæ hoc tumulo conduntur Brachium Patauini Ciues in munus concessere Anno Christi MCCCCLI. xiv. Kal. Septembris.

Mala T. Liuij seruatur in pilla Aurea in Cancellaria maiori Vrbes Patauinæ pendente in medio illius.

In eodem D. Iustinæ Cœnobio monumentum etiam hoc inuentum fuit antea, Liuiæ Quartæ filiæ T. Liuij quod positum fuit ab eadem palatij parte in pariete cum insigni Mausoleo.

V. F.
T. LIVIVS
LIVIAE T. F.
QVARTAE L.
HALYS
CONCORDIALIS
PATAVI
SIBI ET SVIS
OMNIBVS.

Quod ita interpretari a peritis putatur. Viuens fecit Titus Liuius Liuię Titi Filiæ Quartæ Libertus Halys Concordialis Pataui Sibi & suis Omnibus; & super illud visitur Caput eiusdem T. Liuij marmoreum ab Alexandro Bassano Ciue Patauino antiquitatum peritissimo patria dono datum; & sub prædicto monumento inscripta sunt hæc Carmina à Lazaro Bonamico viro humanarum litterarum doctisimo condita, nempe.

Ossa, tuumque caput Ciues tibi Maximi Liui
Prompto animo hic omnes composuere tui.
Tu famam æternam Romæ, patriæque dedisti
Huic oriens, illi fortia facta canens.

At

At tibi dat Patria hæc, & si maiora liceret
Hoc totus stares aureus ipse loco.

T. LIVIVS
QVARTO IMPERII
TIBERII CAESARIS
ANNO VITA EXCESSIT
AETATIS VERO SVAE LXXVI.

Super vna ex quatuor portis a latere dicti Pallatii extat & altera insignis memoria T. Liuij sub alia magna statua marmorea habitu graui tenens librum apertum manu ad os adiecta his literis *Paruus ignis magnum sæpè suscitat incendium*, & postea hoc elogium.

TITVS LIVIVS PATAVINVS
Historicorũ Latini nominis facilè Princeps Cuius lacteam eloquentiam ætas illa, quæ virtute pariter, ac eruditione florebat, adeo admirata est vt multi Romam non vt vrbem rerum pulcherrimam, aut vrbis & Orbis Dominũ Octauianum, sed hunc virum inuiserint audirentque a Gadibus profecti sunt. Hic res omnes quas populus Romanus pace belloque gessit quatuordecim decadibus mira stili felicitate complexus sibi ac patriæ gloriam peperit sempiternam.

In Aula vbi Consilium Ciuium celebratur denuò ipsius imago picta cernitur cum hoc elogio.

T. LIVIVS P.
Romanæ historiæ humanæ Princeps seculi sui decus, Proximi labor, remoti stupor Visus Gaditanis Roma ipsa visu dignior, At Roma vero maior, Qui peritura Romanorum acta stylo æterno mandauit æternitati.

Bernardus Georgius Patauij Prætor huic clarissimo viro hoc Epitaphium fabricauit dum Patauium regebat.

Liuius extinctus iacet hic, quem fama superstes
Incolumem seruat, tum superesse facit
Quem labor & studium, phrasis quoque lactea, priscas
Scribentem historias sydera ad vsque vehit,

Multum

Multum igitur debes Patauis Roma inclita, nam te
LIVIVS exaltat, dum tua gesta refert.
Adriacam donec præterfluet Albula molem
Tantisper LIVI fama superstes erit.

Sed ne hic aliquid notabile omittam, sciendũ est quod Patauii in contracta Cathedralis Ecclesiæ adhuc extat Domus, quæ Domus Titi Liuii vulgo appellatur, & etiam a Speculis, quia marmoribus pulcherrimis ornata visitur; In qua Titi Liuij effigies manu Dominici Campaniolæ clarissimi pictoris conspicitur, prout etiam in eadem sunt quamplurima antiqua monumenta marmorea cum statuis, & inscriptionibus à Scardeonio, Grutero, & ab Equite Vrsato celebratis, quare aduenæ Patauium adeuntes ad hanc properant pro videndis rebus valde insignibus, quæ in ipsa seruantur, sed inter alios lapides hic seruatur cum alterius T. Liuij memoria, qui forsitan fuit Libertus T. Liuii vel filiorum eius.




Per

Per multa secula corpus T. Liuj latuit cum omni ipsius memoria, ita quod tempus omnia destruit & consumpsit: tandem An.Do. 1413. in Monasterio S.Iustinæ inuenta sunt ipsius ossa, quod factum à Scardeonio, Cauaccia, Portenario, Pignorio, Tomasino, & aliis descriptum legitur cum omnibus inde secutis; sed aliis postpositis modo addere puto Epistolam Sicconis Polentoni, quæ inscribitur De Inuentione ossium T. Liuii Patauini, & quamuis ipsam in meo Tito Liuio edita legatur, hanc pręterire nequeo, cum fuerit tunc ille Cancellarius Vrbis Patauinæ, & testis occulatus, & ideo ipsius scriptis plena fides adhibenda est.

Epistolæ verò Sicconis præferendum est elogium Flauii Volusii Poetæ Patauini præclari, qui super hostio talami aurati conspicitur in maiestate laureatus, ideo apud ipsum hæc inscriptio legitur.

Fl.Volusius temporibus Iulij Cæsaris, & M.Tulij Ciceronis properans ad Ennij exemplar, annales rerum gestarum Populi Romani heroico carmine scripsit iniuria temporum interceptas. Quos Val. Catullus (quem Val.Martialis Stella nostro longè inferiorem asserit) more suo maledico carmine insectatur, potius inuidia ductus, odioque riualitatis ob amicam Ipsitellam a Volusio vitiatam, quam verò iuditio. Nam ætas illa virtutum feracissima vbique viros doctissimos peperit, præcipue Patauij ortus, vbi ætatibus inferioribus floruerunt. De hoc Viro quid aliud dignum memoratu narretur pro comperto non habemus.

Sed quia in opere meo Italiæ inscripto *Gli Valerij* de hoc Viro clarissimo quamplurima particulariter dixi, hic aliud non addam, cum omnia de ipso ibidem videre possunt. Post autem ipsius effigiem, & elogium in pariete pictus videtur aduentus Cleonymi Lacedemonii Piratę ad nostram regionem; de qua supra egi, cum fuerit per dua secula & plus ante hunc Volusium, & ita post dictam historiam hic depictam, de T. Liuio egi, cuius inuentionis Ossium in sequenti Epistola historia legitur.


P. 28
Titus Liuius Patauinus
FLoruit Sub Augusto, et
Anno iv. Tiberij Cæsaris
e uita excessit
Aetatis An: LXXVI

EPISTOLA
SICCONIS POLENTONI
De Inuentione Ossium T. Liuij Patauini.

SICCO POLENTONUS CLARISSIMO VETUSTATIS CULTORI NICOLAO FLORENTINO SAL. DICIT.

Egregia & singulari tui nominis fama sæpius cogitanti mihi, quem apud te dignum aditum inuenirem: occurrit Alfonsus, vt de se dicit, Portugallensis tuus. is ad omnem virtutem, & facultate, & ingenio exornatus, precatus est repertionem T. Liuij seriosè narrarem, quod velit amico huiusmodi rerum maximè studioso dare. Inter loquendum itaque, vt frequenter solet, tandem aperuit Litteras vnas modò abs te redditas sibi, quibus hoc longis precibus flagitares ad te scribendi primum, & ineundæ amicitiæ causa honesta visa est; etenim quænam honestior offerri poterat quam viro eloquenti de viri eloquentissimi rebus loqui? eius namque benignitate facilè impetraui permiserit scribere hæc tibi, quæ statuerat ipse. verùm retinuisset me, quod hinc videri possem audacior, nisi ipse pro humanitate sua nedum libere cessisset sed instanter suasisset. sed rogasset auderem. accipe igitur repertionem hanc, memoria vtique non indignam. Cænobij scis credo quod famosum, & venerabile, tum vetustate, tum sanctorum corporum, tum prædiorum copia ad remotos audiam IVSTINÆ Virgini consecratum est, Monaci Nigri sub Abbate vita modo regulata colunt, continentq; Oratorium, quod Opilio quidam Patricius fabricauit. Ibi Corpus S. Prosdocimi visitamus, qui Antistes primus ab Apost. PETRO missus, transpadanam hanc Italiæ partem, quæ tunc Venetia dicebatur, ad religionem duxit. Prope adiacent parietes, quos Gentilitati fuisse Concordiæ templum fama refert. Abbatis frater spatio quod intercedit (nam parum distant, lapidem pede iaceres) seu casu, seu numine, Cellulam vt commodiorem haberet, in Olitorio, quod secus Domitorium Orientem versus ibi conterminat, fossam pro cloaca fecit, quæ cum quinque pateret pedes, detexit veluti fundamentum lateribus maximis & calce omni parte compositum. Eo aliquantulum fracto inclusa capsa reperitur plumbea quidem, longa pedes sex, alta vero & lata

æque

æque vltra pedem. Liuÿ mox clamatur, quod relatu Fatrum ſepultus ibi Liuius haberetur, ſcripſit ad me Rolandus Monachus, & Patriæ quidem, & Litterarum amator, Liuium repertum. poſtpoſitis quibusque illicet eo, diſſoluerant iam id murale clauſtrum. In caueam deſcendo. oſtio ſublato proportionatè iacentia eſſa quæque video. Ponderoſam denique capſam fune contrahimus. Commendo illis, exoro quod interim ſalua ſint, ad Palatium redeo. litigatore (quod iam veſperaſcerat) plenum erat. Peritiores Optimates adeò, viſa narro. quid denique? omen bonum ſuſpicari omnes, congaudere omnes, congruentibus replicatum ſæpius. Rem inauditam puta. Non ſatis poterat audientibus explicari. Mauſolæum decens fabricandum vniuocè dicunt, contribuere pollicetur quiſque. Curem iſta demum omnes, & iubent, & rogant. Officium ego id, quod video, & Ciuitati honoris eſſe, & Ciuibus gratum accipio. Hæc II. Kal. Sept. annus iam exactus eſt. Tum enim annus Millenus quadringentenus tertius & denus à Natiuitatè Chriſti currebat. commigrare illo vidiſſes omnes; atque ipſi demum Lanÿ, Sutoreſque, porro incuria eorum ipſorum, quibus ſeruare datum erat, nonnulli ſtudioſi alienigenæ, tum memoria, tum reuerentia dentes vnatim furantur, quam ob rem. ſerò licet, ſub claue ſecretiore clauduntur. Is qui abſentis Abbatis tenebat vices, concurſu hominum terrefactus, fortaße futurum ratus: his iſtis oſſibus, ſi diutius ſupereßent, ad Gentilitia populum reuocari; cum neque ab re Gregorius Pontifex ſcripta ſua delere curauerit (puro homini videbatur hunc quaſi Deū pœne coli) conſuluit ipſe ſibi ea oſſa comburere & in puluerem ventis dare. Crancum itaque id, quod fuerat tot ſæculis terræ viſceribus conſeruatum is homo triuit. Patefecit conſilium Monachus ille mihi, ego Zachariæ Triuiſano (cuiuſmodi quantus ve fuerit noſti.) accitis ex templo nobilius eò itur. Non deerat ordo furari, ſi tradere vltro nollent. Tanto in conuentu difficilè cuſtodiſſent. Verùm aberat ille nimiùm atq; nimiū acutus. gerebat tunc vices fautor noſter: aſſenſit libens ipſe, portaremus quocunque. Nec mora, ne licentiam pœnitentia reuocaret, Andreas Dandulus ex Senatu clarus capite vno, ego ipſe altero capſam ligneam pro commoditate præmiſſam (quod pondere plumbea tractari non poſſet) extulimus. Succurrerunt illico Ciues ornatiſſimi, qui iuuarent, Peraghinus de Peragia, Palaminus de Vitalianis milites egregÿ. Succurrerunt item Iuris ſcientia decorati viri, Alexander de Doctoribus, Io. Franciſcus Caputliſtæ, Nicolaus Porcellinus. Partitis namque locis hinc atque inde, & ramuſculis Lauri ſuperfixis, Per Fora ad Aulam vſque contulimus. Sequebatur Zacharias cum reliquis, comitiua grandis quidem, quam augebant continuò vicatim ſuperuenientes viri, puerique & plebs omnis, vt pedes vel portantium impedirentur. Vt verò confluentium multitudine m-

re-

refrænaret, furibusqae occasionem obstrueret, voluit Zacharias proprio in penetrali poni. Hæc fodiendi causa, hæc transferendi series. Mausolei autem formam cape. Demum itaque primoribus conuocatis, & his qui collegiatis artibus præsunt, quos alÿ Decanos, alÿ Priores, Patauÿ Gastaldiones vocant, Senatus habitus est. Interfuit pro dignitate Leonardus Mozzenigus, inclyti modo Venet. Ducis frater. Interfuit & Zacharias ipse, cuius diligentia operam non paruam dedit. Ciuitati ad Iustitiam præest ille, militiæ ad præsidium iste. Sententiam Zacharias dixit. Rem veluti oblatam diuinitus efferunt quique. Contigisse hac ætate maximè collettantur. Mausoleum deniq; & vrbe & viro dignum faciendum consulitur. Nec fuit tanta in concione quisquam vel illiteratorum hominum, cuius imperitia communi a sententia discreparetur: quinimo ad sumptum libere pro suo Collegio portionem singuli obtulerunt. Verùm enim verò ut pro quaque re quotidie Senatus habendi occasio leuaretur, & quod perfectum videre vehementer optarent, citius compleretur, deligere omni ex ordine (ne inuidiam prælatio generaret) sex Viratum placuit, delecti itaque sunt ex Militibus Paulus de Leone, ex Togatis Prosdocimus Comes I. V. C. ex Honestis Ioannes Zabarella; ex Opificibus Franciscus Lanicus, Franciscus Aromatista, Guttifredus Aurifex. His confertur auctoritas omnis modi, formæ, temporis, impensæ, loci dandi. Opus namque forma plerìsque consilÿs prælibata, nunc faciendum cælator habet. Vtpote sub onere terra suppetens fundamentum, ad faciem terræ gradus tres in rotundum, pro eminentia pedem vnum, singuli scalarum in modum, alti fient. Ex inde basis columnaque teres, non solida tamen, sed vario ex lapide albo & rubeo coloribus quadratim distinctis, ac frondosa superficies pedes bis senos eriguntur. Circum girat columnæ grossities pedes denos. Ibi petra rubens dimidium pedis grossa latitudine octo angulis laborata, columnæ fastigium omne complectitur. Ei superponuntur columnellæ quatuor altæ pedes tres, quæ pondus marmoris albentis vrnæ sustineant. Titulus litteris priscis inscriptus T. LIVIVS PATAVVS RERVM ROMANORVM HISTORICVS ILLVSTRIS. Rubens denique saxum vetusto de more auriculatis angulis, & culmo eminens vrnam teget. Demum Imago Liuÿ pedum quinque, cathedram insidebit. eaque rubentis quidem præter faciem, manus, pedes, librum. Hæc marmoris Candentis, reliquum opus quadratis lapidibus albis, rubeisque rubei Veronensis, albi Histri. Hæc Mausolei forma. locum verò dignum Forum aulicum apud Sancti Clementis basilicam decretum habent, quod accolis, atque transeuntibus aduenis in prospectu sit. Non minuet operis maiestatem, forum illud pauimentari laterculis. Non defuerunt amplissimi viri Ciues optimi. Henricus miles, etiam Petrus fratres Scroffegni; qui pro liberalitate sua offerrent, se omnem im-

pensam facturos, si ad domum suam opus hoc fabricari daretur. Non illiberalius obtulit Ludouicus Buzzacarinus vir vtique clarissimus, litteratissimus, ditissimus, at nemo impetrare id potuit. Placuit enim quod publici ornamenti esset, de publico, & in publicum fieri. Ad vnguem hactenus rem omnẽ habes, Si quare Liuius creditus sit subiunxerim, quod tibi si potero, breuiter exponam, non crediderit prudentia tua, Patauinos ciues, peritos maximè, quibus hæc Ciuitas, vigente hic omni liberali Studio, haud vacua est, argumentis vanis motos. Non enim defuerunt qui inficiari magnopere niterentur, quique & non maris illa ossa fore, sed fœminæ seminarent, calumniatoribus nusquam res vllæ quamuis apertissimæ caruerunt. Porrò maris esse, non fœminæ aduersantibus Physici demonstrarunt ex scissuris integerrimi Cranei, quibus sexum liquida ratione discriminant. Quod autem Liuij sint, non superuiuunt testes omni, vt exigunt, qui mori eum, qui humarido visu perhibeant. Non adest Chirographum manu autentica vt ijdem quærunt. Aboleuit ætas ista clari huius rei testes, quibus fidem immortalis auctoritas vindicauit. Prætereo famam quæ Liuium Patauij & natum & sepultũ ferat. adest Quintilianus. Is Oratoriæ Institutionis Libro, Liuium Patauij natum scribit. Adest Eusebius de temporibus historicus dignus fide quidem. Liuius Patauij moritur inquit. Adest Hieronymus, quem vitæ sanctitas haud minùs digniorem facit. Libro enim de temporibus. Liuium Patauij, & natum & mortuum profitetur: creditu enim facile mortuo Augusto repatriauerit seu gratia vberioris ocij, seu quod Tiberius non tanti faceret diuos homines priùs Octauiani humanitate congestos. Commune vitium experimur, & filios patrum fautoribus æmulari. Monumentum verò dixerim, aut pro humilitate summissum aut, si quod illustre fuit, vel obrutum ruina rerum, vel absconsum, dirutumque ab his, qui primum Christi fidem acceperint, ne fortasse illo primordio nascenti Ecclesiæ vestigium Gentilitatis obesset. His non fuerit aduersatus, qui longeuum tempus, rerumque mutationes intellexerit. Adsunt item Carmina. quibus stare, & papyri vetustas, & scriptoris auctoritas reluctantes propè compellit, quæ tibi haud quaquam pro elegantia, sed vt nihil tuæ diligentiæ deficiat, mitto, hæc sunt. lege.

Hinc per longum fodias, & Titi Liuii corporis ossa
Inuenies sub vrna posita, quæ tegitur vmbra.
Non multum per latum te fodiendo dilates.
Exemplo lustri passibus te metas seruare decet.

Scripsit hæc dudum sacer Abbas, quæ marmore sculpsisset, & parieti fixisset, nisi Mors bonarum sæpe mentium occupatrix sententiam irritasset. Sic Monaci ex Patribus acceperunt; acceperunt quoque Liuium ibi sepultum


eſſe. Non parui faciendum Capſam Plumbi fore: ſanè clari viri indicium habet. Verùm enimuerò Epigrammate ſuo apud ædem Concordiæ Patauij ſepultum conſtat: ideſt hoc in forma lege. At verò quod fuerit ſepultus eodem ipſo loco, quo hæc oſſa reperta ſunt, famæ auget fidem, quod lapis, quo inſculptum hoc Epigramma videtur (necdum exceſſit octuageſimus annus) inde leuatus fuerit; nam & modo calcis fragmenta erant, & apparebant veſtigia, vnde euulſus foret.

V. F.
T. LIVIVS
LIVIAE T. F.
QVARTAE L.
HALYS
CONCORDIALIS
PATAVI
SIBI ET SVIS
OMNIBVS.

Hunc autem iſtum lapidem hi, qui repertores eius fuerunt, ad ornamentum Ciuitatis, ad dignitatem viri, ad memoriam rei, ad ſolatium ſtudentium; in eo ipſo, quo nunc viſitur veſtibulo Eccleſiæ Sanctæ Iuſtinæ fixerunt. Neque aliam rem puto magis obfuiſſe quod illi homines, qui harum rerum maximè ſtudioſi illa ætate vigebant, non amplius effoderint, monumentum non ruperint, oſſa non inuenerint, niſi quod ea muralis ſtrues ſimilior fundamento, quàm monumento eſſet, neque illis effodiendi profundiùs neceſſitas incumbiſſet. Voluerunt fortaſſe, & numina, quod nemine ab inde perquirente, illa oſſa ad ætatem vſque noſtram laterent, quis enim dubitauerit eos homines haud longè auidius, longèque maiore ſtudio, & delectatione tanti viri humana oſſa quam lapideum Epigramma extuliſſe, ſi eodem in loco iacere illius oſſa, putaſſent, in quo ſuum Epigramma inueniſſent? Sed ipſi, qui tunc aderant, ſine fama ducti ſtudio inueniendi corporis, ſine caſu effoderent, arbitrati reor lapidem illum caſu aliquo non induſtria (vti ſæpe fit) ab his qui hæc iſta minus fortaſſe vel intelligerent vel amarent, aliquo tempore velut alioquin inutile ſaxum illuc iniectum fuiſſe, non diligentius exquiſiuerunt. Nam fundamentis murabilibus, ſiue priuatarum ædium, ſiue publicorum palatiorum, ſiue diuinorum Templorum antiquiſſimè obrutorum omnis ille Vrbis angulus refertus eſt, adeo vt necubi à quoquam vſquam illinc

effodi

effodi possit, quod fundamenta, pauimenta, columnæ non reperiantur, ita vt maxima atque illustria ædificia in eum locum fuisse nemini non certum esse possit. Hæc testimonia nostra sunt, quæ cùm nos annorum centena ferè quatuordecim clarioribus spoliarint, quicumque non admiserit, seueritate proculdubio nimia peccabit, & in scripto, vt inquit Terentius, nodum quæret. nam si me computo non errasse contingit is anno Christi decimo octauo, Imperij verò Tiberij anno quarto vel, vt alij volunt, tertio, cum annum iam septuagesimum septimum tetigisset, necdum hæc nostra religio apud Latios pullulasset, diem supremum obijt. Absolui, reor, quæ adhanc rem pro officio tua diligentia postularet. Si longiusculus fortasse, quàm optares, fuerim, dabis veniam, quod non possint multa paucis dari. Breuiùs atque ornatiùs quisquam fortè, sed veriùs (nam ipse ego rebus interfui) nemo dicit. Hoc enim quod sapientia tua dignum munus censui, velut massam quandam auri rudem non modò purgandam, sed digniorem ad formam recoquendam, refingendamque mitto. Mihi enim seruit, non vt tibi illud lepidum, quod apud nostros coætaneos resurrexit sed quoddam commune dicendi genus. Satis actum putaui rem ad seriem ad veritatem dare. Gratum opus egerim tibi. Cui non minùs quàm vires suppetant, debeo. gratulabor equidem. non eò pacto amicitiam tuam quæro, quod velim aurum tuum. Hoc vnum plurimi facio, quod inter tuos si non mereor amicus saltem inter notos scribar. Vale. Patauij V. Kalend. Nouembrias Millesimo quadringentesimo quarto decimo. Icconis Polentoni epistola de repertione Titi Liuij ad clarum vetustatis cultorem Nicolaum Nicoli Florentinum ciuem explicit. Exemplata per me Franciscum Polentono eiusdem Sicconis fratrem die Iouis XX Decembris 1464. Paduæ, in stupa habitationis meæ, in contrata Sancti Leonardi, silentibus rebus, quo die Benedictus Furlanus suspensus fuit ad portam Turrisellarum, sub regimine secundo Domini Andreæ Bernardo, eius Vicario Domino Guidono de Alano Iudice Maleficiorum Domino Francisco Scrouato Iudice Aquilæ Domino Vincentio de Scledo, & Iudice Vict. Domino Francisco Anzolelo, & eius Cancellario Sier Gregorio Saraceno. Incontrata cum autentico.



Inſignia vltra poſita ſunt, & ſequitur.

1 Leonardi Mocenici Patauij tunc Prætoris. Clypeus in parte ſuperiori cærulea cum roſa argentea , & in parte inferiori argentea cum roſa cærulea.

2 Michaelis Stenni Sereniſs. Ducis Venetiarum. Stella ſupra aurea in plano cæruleo; infra çerulea in plano aureo.

3 Zacharię Triuiſani Senat. Veneti Præfecti. Clypeus ſupra cæruleus, infra diuiſus per obliquum in ſex partes auream nempe, & cæruleam.

4 Pauli de Leone Militis. Clypeus diuiſus a Zona cærulea ſupra rubeus cum medio Leone albo, & inferius albus.

5 Proſdocimis de Comitibus I.V.D.Clypeus diuiſus per longum in ſex partes albas & rubeas.

6 Ioannis Zabarellæ Decurionis Pataui Clypeus cum ſeptem Stellis aureis videl.4.in plano cæruleo,& 3.in sbara rubea.

7 Palamini de Vitalianis Equitis, Clypeus diuiſus in ſex partes per obliquum prima alba cum vndis viridibus,ſecunda cærulea cum trecia aurea, & ſic de alijs.

8 Peragini de Peraga Militis. Clypeus ita a dextera cæruleus cum tribus rotis aureis, a ſiniſtra Leo aureus in plano diuiſo per obliquum in ſex partes videlicet albas, & rubeas.

9 Io. Franc.Capiliſtei I. V.D. & Equitis. Clypeus aureus cum ceruo rubeo ferente roſam in ore ſuo rubeam,



Sicconis Polentoni Cancellarij. Clypeus albo cum telo ſiue ſagita rubea per longū plani & duo Ericii vnus pro parte nigri erecti.

Supra

tur.

in parte
eriori ar-

a supra

s supra
am nem-

lea supra

t longum

septem
pea.
ex partes
cærulea

cæruleus
diuiso per

reus cum

elo siue sa-
igri erecti.
Supra



TYPVS TEMPLI D. IVSTINÆ

Supra diximus quod Titus Liuius natus est ex Caio Liuio, & ex Cassia Prima Sexti Cassij filia vxore sua duos filios masculos, & quatuor fœminas genuit, vt in meo *Tito Liuio* declaraui, & quod ipsi masculi a matre Cassia Cassiani cognominati fuere, nec est mirum quia filii P. Licinij Crassi ex Scribonia vxore geniti Licinij Scriboniani dicti fuerunt; sed præter hos addam quod T. Flauius Sabinus ex Vespasia Polla Vxore filium genuit, qui T. Vespasianus à matre nuncupatus fuit Suetonio teste in vita Vespasiani, qui fuit Imp. X. Romæ cuius filius etiam Titus Vespasianus vocatus est, & ipse natus est cum Domitiano fratre ex Flauia Domicilla, a qua & hic Domitiani nomen habuit, & fuit Imper. XII. ac ex Vxore Domitia Domitianum 2. Cesarem & Domicillam in infantia morruos procreauit. T. Aurelius Fuluus ex Arria Antonini filia genuit filium dictum Antoninũ Pium Imperatorem: Gallienus Imp. ex Cornelia Salonia Quintum, & Publium filios protulit à matre Saloninos nuncupatos, & tot alios addere possem. Quare consulto scripsi quod T. Liuij filij Cassiani cognominati fuerunt, quod cognomen in eorum posteris transiuit. Qui corrupto vocabulo inde Candiani dicti sunt, ac Patauii, & in tota Prouincia Veneta mire floruere, vsque ad annum D. 421. Quo statutum fuit Patauij condere Ciuitatem Portualem & Reffugialem in Insula dicta Riuus Altus, quia tunc super hoc opus electi fuerunt tres Consules scil. Tomas Candianus è gente Liuia, & alij duo qui præfuerunt Insulæ, hominibus & operibus per biennium, sed etiam illuc transtulit Thomas suum domicilium & familiam, ex qua orti sunt viri clarissimi & insignes Candiani Cognominati, & inde Sanuti, sed præsertim Candidus Cardinalis sub Gregorio Magno Pont. Maxim. creatus, & Vitalis Patriarcha Gradensis, Ioannes, Iacobus, Dominicus, Mattheus, & Mattheus 2. Episcopi, & tot alij Præsules religiosissimi, necnon Petri 4. & Vitalis Sereniss. Principes Venet. inter quos Petrus 3. Sanutus Cognomento dictus fuit, prout eius Posteri vsque adhuc dicuntur; & ex ipsis etiam orti sunt septem Duces maris Aegei, ac alij Parij, Antiparis, Milli & aliarum Insularum D. Quinq; D. Marci Procuratores, Equites, & Senatores amplissimi, prout hodie quoque floret Excellent. D. Mattheus Sanutus D. M. Proc. & Senator insignis, qui ex Nobiliss. muliere Maria Lando genuit Io. Baptistam Virum Doctiss. Abbatem, & Primicerum Sancti Marci, Franciscum, & Benedictum iuuenes præclarissimos & Sanctissimorum morum; quorum Franciscus ex Maria Vidmana Cardinalis

nepte genuit adhuc duos infantes Mattheum ſcil. & Io. Paulum, ac puellam mirabilis indolis.

Apud nonnullos auctores ſcriptum legitur quod Titus Liuius ſuum maximum opus, in libros non in decades diuiſerit, attamen pro maiori legentium commoditate Decades factæ ſunt, & libri 35 qui extant in Decadibus diſtincti videntur; & ideo cum de rebus Romanis acturus ſim, pro maiori intelligentia huius operis, & cum breuitate in decadibus ſequar, & declarabo, quæ neceſſaria pro noſtræ Aulæ notitia opportuna, iudicabo.

Decas ſecunda Titi Liuii ammiſſa eſt, ſcilicet libri decem ſequẽtes poſt primos decem; tamen ex L. Floro diſcimus, quæ in illa continebantur, & in alijs ſcriptoribus, quæ fuere victoria contra Samnites, Sabinos, Vulſinenſes, Lucanos, Brutios, & Etruſcos, bellum cum Tarentinis, & cum Rege Pirrho ab ipſis in Italiam vocato, qui à Romanis victus & expulſus inde fuit;



M. Curius Dentatus his bellis clarus euaſit cum victoriam ex Samnitibus obtinuiſſet tãto ipſorum excidio ut Samnium in Samnio requiſitum ſit & cum illorum Legati ipſum rapas edentem in parua caſa inueniſſent, eidemq; aurũ offerrent, ipſe renuit, & ait Malo ràpas edere, quam aurum poſſidere, dicite veſtris me nec acie vinci, nec auro corrumpi poſſe, Conſul iterum Pirrhum Regem vicit, & Italia expulit.

Contra Carthaginenſes & Hieronem Siracuſæ Regem bellum ortum eſt, fuitque bellum Punicum primum, mare terraque pugnatum eſt, ſed poſt multas clades Xantippo Lacedemonio Duce Poeni Romanos magna victoria ſuperarunt, inde tamen victi & ſubacti à Quiritibus extiterunt.

C. Fa-



C. Fabricius eodem tempore floruit, qui ſpretis Pirrhi muneribus, rogatus ab ipſo vt inter amicos ſuos eſſe vellet, ait, amici mei qui & populi Romani ſunt; tandem Pirrhus dixit difficilius eſt Fabricium ab honeſtate, quam Solem a curſu ſuo auerti poſſe. Cum inde ipſum prælio ſuperaſſet, ille Siracuſas conceſſit.

Cum autem Galli tranſalpini ingenti numero in Italiam irrupiſſent Romæ terror maximus actus eſt, ac etiam in omnibus Italiæ Ciuitatibus. Florus ideo lib. 20. ſcribit. *Galli Tranſalpini qui in Italiam irruperant cæſi ſunt. Eo bello Populus Romanus, Latinique nominis trecenta millia armatorum habuiſſe dicitur. Exercitibus Romanis tum primum trans Padum ductis, Galli Inſubri aliquot prælijs in deditionem venerunt. M. Claudius Marcellus occiſo Inſubrum Gallorum Duce Viridomaro opima ſpolia ſecunda retulit.*



M. Claudius Marcellus itaque Viridomarum Gallorum Regem vicit & propria manu accidit ideoque tertia ſpolia opima Ioui Feretrio in Capitolio ſacrauit, Mediolanum aliaq; Gallorum oppida in deditionẽ accepit; Siracuſam Siciliæ vrbẽ per triẽnium obſeſſam

expugnauit; Vicit Annibalem, sed inde ab ipso cum fraude occisus est.

Sciendum tamen est quod audito tamen immenso numero, & vnione omnium Gallorum, Romani ad terrorem fere redacti, Legatos suos ad omnes populos sibi amore iunctos, & præsertim ad Patauinos & Venetos, ac etiam ad Cenomanos miserunt. Quare Polibius lib. 2. ita scribit.

Galli coacto circa Rhadanum exercitu, & cum ingenti multitudine superatis tandum alpibus in campos qui sunt circa Padum descenderunt. Cum his confestim Insubris Boij magna multitudine coniunguntur. Veneti vero & Cenomani legationibus Romanorum deliniti amicitiam Populi Romani satietati Gallorum prætulerunt. Agit inde Pollibius de apparatu exercituum, & de militibus auxiliarijs ac sotiorum & dicit. *Veneti item atque Cenomani circiter viginti millia.* Finis autem huius formidabilis & metuendi belli fuit, maxima clades, & subiectio Gallorum, ac in ipsorum agro à Romanis illis ablato & capto, Placentia & Cremona Coloniæ deductæ fuere.

Strabo de eodem maximo bello scribens libro v. ita dicit. *Super Venetos Carni & Cinomani, Meduaci & Cymbri è quibus nomini Romano hostes extiterunt aliqui, Verum Cenomani Venetique socia iunxerunt arma, vt ante Annibalis expeditionem, quo tempore Boios & Insubres bello persequebantur & annis posterioribus.*

Decas 3. siue alij libri decem continent secundum bellum Punicum ab alijs Ducibus Carthaginensium in Italia, Sicilia, Hispania, & Africa. Annibal Dux fortissimus Italiam ingressus tribus maximis victoriis summopere Romanos afflixit, primo ad flumẽ Trebiam, secundo ad Legum Trasimenum, tertio ad Cannas, quæ iactura Romanis fuit omnium maxima, & horribilis, nam in ipsa 40. millia, cum 80. Senatoribus, 30. Consularibus, ac cum L. Æmilio Paulo Consule cæsi sunt, quare Romani perteriti, vrbem relinquere volebant, sed minis P. Corn. Scipionis inde Africani vocati, imo coacti ab ipso iuramento promiserunt patriam tueri & cum ipsa mori.

Q. Fab.



Q. Fab.Max. cunctando restituit rem, & M. Claud. Marcell. Annibalem vincibilem esse docuit.





C. Liuius Salinator, & M. Claudius Nero Consules Asdrubalem Annibalis fratrem vicerunt, & occiderunt.

P. Cor-



P. Cornelius Scipio Africanus victis quatuor Ducibus, & quatuor exercitibus Hispaniam acquisiuit, & transacto exercitu in Africam alium Asdrubalem, Scyphacē, ac eumdem Annibalem maxima clade superauit, Carthaginemque cum tota Africa subegit; vnde Africanus cognominatus fuit; ideo tam gloriosi facinoris memoria viget in auctoribus, in lapidibus, in fastis, & in numismatibus, inter quos hunc serbo æneum pulcherrimum in meo museo, quod etiam argenteum apud Co. Ioannem de Lazara inspexi.

Ex verbis Strabonis discimus quod Patauini cum Romanis iuncti fuerunt in supradicto bello contra omnes Gallos, verum etiam contra Annibalem & postea; sed Silius Italicus lib. 8. agens de his qui miserunt gentes in subsidium Romanorum dicit.

Tum Troiana manus tellure antiquitus orti
Euganea, profugique Sacris Antenoris oris.
Hæc nam cum Venetis Aquileia perfurit armis.
Tum peruix Ligur, & sparsi per saxa vageni
In decus Annibalis duros misere nepotes.

Sed libro 12. dum infelicem cladem Cannensem describit, narratque tot mortes, ac tantas Romanorum ærumnas, agens de Lucio Asconio Pediano Patauinorum, & Venetorum Duce in illo cruenti bello, & de ipsius maximis gloriosisque facinoribus scribit vt infra suo loco dicimus.

Decas 4. continet quod Pub. Sulpitius Consul Philippum Macedonem Regem vicit, & in deditionem accipit.

T. Quin-



T. Quinctius Flaminius itidem Philippum, & P. Cornelius Insubres superarunt, qui de ipsis etiam triumpharunt; Insubres Boijque, ac Ligures iterum superati.



P. Cornelius Scipio Nasica clarus, dignusque hospes Deę Cybelis vti omnium Optimus iudicatus, templum ipsimet dedicauit; de qua Patauii in ædibus Liuianis hoc monumentum seruatur.

M. D. M.
IN MEMOR.
LVCIAE L. FIL.
TERTVLINAE
SACERD. DIVAR.
MATRIS SVAE
SEX. APPVLEIVS MARCEL.
D. D.

Litteræ enim M.D.M. Magnæ Deorũ Matri significant. P.Corn. iste Brios aliosque Gallos vicit, in deditionem accepit, & de ipsis triumphauit. L. Cor-



L. Cornelius Scipio frater Africani Consul superato Antiocho Asiæ Rege de ipso triumphum egit & Asiatici nomen acquisiuit Pax Grecis data est. Gallogreci, Tolestobogij, Tostosagi, Trossui, Liguresque subacti. Bononia, Polentia, Pisaurum, Mutina, Parmaque in agro Gallorum, & Aquileia in Venetia superiore Coloniæ deductæ sunt.



M. Portius Cato Priscus dictus Censorinus Romæ floruit Cons. in Hispania plura oppida cæpit quam dies egit, Antiochum vicit, & tertii belli Punici auctor fuit.

Decas v. pariter pro medietate habetur nã quinq; primi libri existunt, in quibus nonnulla notanda censemus. Tiber. Sempronius Grachus Proconsul Celthiberos vicit, & in deditionem accepit; A Postumio Albino Vaccei, & Lusitani subacti sunt. Anno aut ab V. C. 577. à C. Claudio Pulcro, & Tib. Sempr. Gracho Coss. Istri Sardi, & Ligures victi. Anno vero sequenti 578. Consules fuerunt Cn. Cornibius Scipio Hispalus, & Q. Petilius Spado, & altero anno 579. M. Æmilius Lepidus, & Q. Mutius Sceuola, de quibus Titus Liuius lib. 41. ita scribit. *Consules votis in Capitolio nuncupatis in prouincias profecti sunt. Ex ijs M. Æmilio Senatus negotium dedit, vt Pata-*

uinorum

uinorum in Venetia seditionem comprimeret, quos certamine factionum ad intestinum bellum exarsisse, & ipsorum Legati attulerunt. Legati qui in Ætoliam ad similes motus comprimẽdos ierant renuntiarunt coerceri rabiem gentis non posse. Patauinis saluti fuit aduentus Consulis: neq; aliud quod ageret in prouincia cum habuisset Romam rediit.



L.Æmil. Paulus Cos. II. bellum contra Persem egit, ipsumque vicit, ac cępit, & secum Romam cum filijs in triumphum duxit. itidem C. Martius Consul Dalmatas, Cornelius Nasica Illyricos, & Q. Opimius Ligures Transalpinos domuerunt. L. Lucculus Vacceos Cantabros, & alios Hispaniæ Populos subegit. Anno autem 601. Bellum Punicum tertium inceptum fuit. Andriscus homo vilissimus in Macedonia simulans se esse Persei Filium Philippus vocari voluit, quare Pseudophilippus dicebatur, qui tamen a Q. Cecilio Metello Consule victus & captus fuit, qui de ipso triumphauit.



Decas VI. Continebat Cartaginis interitum anno 700. post suam fundationem, fuit enim à P. Corn. Scipione Africano Iuniore

euersa, ortum inde est bellum cum Acheis à Q. Mummio Achaico inde vocato feliciter actum, ob quod Corinthum à propriis ciuibus incensum, & à Romanis captum fuit, in quo incendio Metallum Corinthium originem habuisse ferũt, quod inde in maximo pretio & veneratione habitum fuit, & adhuc etiam est; Thebe Chalcisque diruptæ fuere. Viriatus pastor & venator Dux militum factus clarus euasit & Romanis damna magna intulit, quoad ipse occisus fuit, Salassi, Celthiberi, Lusitani, Tirentini, & Gallesij subacti sunt. P. Corn. Scipio Nasica Serapium, & D. Iunius Brutus Consules delectum habentes in conspectu tyronum res saluberrimi exempli fecerunt. Numantia a Pub. Corn. Scip. Africano Iuniore capta, & euersa fuit. Sed his temporibus origo fuit interitus Reipub. & bellorum Ciuilium. Nam Tib. Sempr. Grachus Tribunus Plebis legem Agrariam protulit inuicto Senatu, & non assistente Equestri Ordine, quare magnus tumultus ortus est, & ipse in Capitolium se fuga redemit vbi pede scamni occisus fuit. In Sicilia ortum est bellum seruile, sed citò à Ser. Fuluio sedatum fuit, Perpenna autem inde reliquias ipsius deleuit. C. Sempronius Grachus Tiberij prædicti frater, L. Fuluius Flacchus, & L. Papirius Carbo Triumuiri super agrorum diuisione, seditionem mouerunt, & quia Scipio Africanus ipsis aduersabatur, in suo cubiculo mortuus inuentus fuit; Caius Sempr. Gracch. Trib. Plebis seditiosus Leges frumentarias, & agrarias aliasque valde perniciosas tulit. Q. Cecilius Metellus Baleares superauit, & Balearicus cognominatus est. Attalus Pergami Rex Populum Rom. hæredem reliquit, prout postea etiam Ptolomeus Cyrenarum Rex idem fecit, & eius regni Ciuitates Romani Senatus liberas esse iussit.

Decas vii. Caius Sextius Saluius & Cn. Domitius Consules Allobroges superarunt, Caius Gracchus vero iterum Trib. Plebis cum multis ex plebe Auentinum occupauit, sed à L. Opimio Consule inde pulsus & interemptus fuit simul cum Fuluio Flacco ipsius socio. Q. Fabius Maxim. Allobroges vicit 120. m. ex ipsis occisis vnde Allobrogicus appellatus fuit. Cn. Martius Sarnios Alpinates expugnauit. Iugurtha occisis fratribus Regnum Numidiæ paternum occupauit, Romanisque parcire nequiuit, quare à C. Cæcilio Metello victus, & captus, Romæ iugulatus fuit. Bellum sociale Romanis arduum & metuendum ortum est, sed post annos tres sub diuersis ducibus prospere terminauit. Propter metum Cymbrorum C. Marius per annos quinque continuos Consul creatus fuit, quos

tandem

tandem cum Teutonibus vicit, & maxima clade deleuit. Per alpes ipsi enim apud Tridentum in Italiam transeuntes in prouinciam Venetam ingressi sunt, in hac manserunt, sed fertilitate agrorum & huius regionis amenitate imbelles deuenere. *Patauini, & omnes Veneti cum Romanis socia iunxerunt arma*, vt ait Strabo lib. v. & in campo Raudio nunc Campanea Veronæ nuncupato maxima pugna successit cum extrema barbarorum iactura & interitu, ex ipsis enim occisi sunt 140. m. & 60. m. capti; Quare C. Marius gloriosissimum triumphum egit. Sed tot glorijs non cōtentus Consulatum sextum ambiens, à Tribunis Plebis etiam emit; hinc causa omnium malorum orta est non bello contra Mitridatem decreto ipsi à Tribunis illius onus obtinuit, quod à Senatu L. Corn. Scillæ commendatum erat, qui ideo cum exercitu Romam reuersus, Tribunum occidit omnesque Marii fautores, quare ipse Marius in Africam aufugit. L. Corn. Sulla vero in Asiam transiens multoties contra Mitridatem, ac Tigranem feliciter pugnauit.



Interim L. Cornelius Cinna Sullæ hostis Romanam Vrbem occupauit, & vocato in Italiam Mario secum Consul creatus est, & sic C. Marius Consul 7. extitit, quod nemini antea vnquā contingerat, quo gradu existens omnes Sullæ amicos occidi iussit, sed cito mortuus est ex improuiso & de ipsius Consulatu 7. in hoc numo memoria viget.



Decas viii. Acto bello ſociale, ac extincto C.Mario ſeniore, ſuaque factione deleta cum morte C.Marij Iunioris L.Cornelius Sulla dominio Romanæ Reip. acquiſito Dictator perpetuus creatus eſt, quare cum 24.facibus exiuit,& nouis legibus Remp.cõſtituit, quod ex auctoribus lapidibus, atque numiſmatibus diſcere poſſumus, ex quibus in Muſeo Lazareo hoc argenteum obſeruaui.



Anno V.C.663.L.Iulius Conſul legem tulit de Ciuitate danda Vrbibus Italiæ vſque ad Arnum & Rubiconem.

A.V.C.664. Cn.Pompeius Strabo Pater Cn.PompeijM.Conſul alias leges protulit,quare Aſconius Padianus itaſcribit.*Cn.Pompeius Strabo Pater Cn.Põpei Magni Tranſpadanus Coloniasdeduxit non nouis Colonis, ſed veteribus colonis manẽtibus ius dedit Latij, ut poſsint habere ius, vt alijs Latini coloni,ideſt vt petendi magiſtratus gratia Ciuitatem Romanã adipiſcerentur*. Strabo autem lib.v. aperte ſcribit,quod Venetis quoque Ciuitas Romana data fuit his verbis. *Tandem vero atque ex quo Romani in Regni ſocietatem, & in Ciuitatem Italos vocauere, decretum eſt, & Gallis Ciſalpinis & Venetis idem honoris impartire*. Quare cauendum eſt, quod Veneti habebant ius Latij, & non Romæ, ita quod prout Cæteri Romani Ciues habitatores Vrbis haberentur. Hoc tempore igitur certum eſt Patauinos Ciuitatem Romanam acquiſiuiſ-

ſe,

se, sicut antea ius Latij ipsis concessum fuit.

Decas ix. L. Cornelius Sylla Athenas expugnauit ipsique libertatem restituit. C. Fimbria Vrbem Ilion qui in Sylle potestate manebat expugnauit, & deleuit, sed inde a Sylla victus semetipsũ peremit. Scylla rebus cum Mitridate compositis in Italiam reuersus C. Marium iuniorem vicit, & Romam pulsis hostibus recepit, Carbonem Italia expulit, qui postea in Sicilia a Gn. Pompeio occisus est.

L. Cornelius Sylla tunc Dictator factus fuit cum auctoritate suprema, ideo Tribunitiam potestatem minuit, Legumque faciendarum ius ipsi ademit, Põtificum, Augurumq; Collegium ampliauit, vt essent xv. Senatum ex equestri ordine suppleuit, aliaque insignia opera effecit, & abdicauit.



Decas x. Sertorius proscriptus à Sylla in vlteriori Hispania bellum excitauerat, plurimis vrbibus occupatis nonnullos etiam Populi Romani vicit, & exercitus illorum deleuit, quoad à Pompeio Magno ipse extinctus fuit; & inter ipsius Duces celebratur Boriscus Patauinus Tribunus ipsius valde insignis, qui cum ipso Sertorio multa prælia egit & pericula perpessus est; tandem in certamine contra Pompeium in Iberia acriter pugnando à Catilina occisus est, de quo Pontanus in Dialogis ita scribit.

Tum vero turbata phalanx, cedente Borisco.
Quem clypeo exutum, & Galea Catilina præmebat
Sylarum genus, & rara virtute Tribunus
Vociferans: En qui Hesperiam sua præmia poscunt
Oceano, & regnare parant? simul exiget Herpen
Ore tenus, dictisque ferox insultat amaris:
Hesperiam quam quæres habes. Patauina colebas
Rura, nunc auratis occumbis in armis.

L. Li-

L. Licinius Luculus in Asia contra Mitridatem Regem Ponti quamplurima egit certamina, ipsi prouincias & regna ademit, ipsumque valde afflixit, dum Spartacus in Italia cum 70. gladiatoribus profugis, multitudineq; seruorum & ergastulorum damna magna Reipub. intulit, quoad a M. Ant. & à Perpenna in conuiuio occisus fuit.



L. Licinius Luculus iterum Mithridatem in Ponto superauit, ita quod ad Tigranem Armeniç Regem aufugere coactus fuit; sed denuo ipsi ambo à Luculo maximam cladem acceperunt. Cn. Pompeius Magnus piratas vicit, & 40. diebus toto mari expulit, & ad bellum contra Mithridatem proficiscens eumdem bello equestri vicit; & hic est finis Decadis Decimæ, & libri centesimi Titi Liuij nostri.



Decas xi. Cn. Pompeius Magnus victoriam nocturnam de Rege Mitridate habuit, & Tigranem in deditionem accepit, cum autem Mitridates fugam arripuisset, ipsumque Pompeius persequeretur in vltimas ignotasque Asiæ gentes penetrauit victisque Iberis, & Albanis Pontum in prouinciam redigit, Iudeosque inde subegit, Mitridates vero ad extremum redactus, nec veneno mori potens

a milite

a milite Gallo occidi voluit. L.Sergius Catilina ob repulsam bis è Consulatu cum Lentulo, Cæthego aliisque claris ciuibus in Consules & Senatum de opprimenda Republica coniurauit. Sed hæc coniuratio a M. Tullio Cicerone Consule detecta est, quare Catilina ex urbe pulso, de reliquis coniuratis supplicium sumptum fuit; C.Iulius Cesar Lusitanos subegit, indeque Consulatum petijt & obtinuit, ac Iuliam filiam Cn.Pompeio Magno nupsit; quare ad maiorem auctoritatem euectus, ipse cum Cn. Pompeio Magno, & cum M.Licinio Crasso summis viris Reipubl. regimem & maioratum tenuerunt. C. Iulius Cæsar Consul inuicto Marco Calpurnio Collega atque Senatu leges agrarias publicauit, indeque in Galliam profectus Heluetios aliosque populos subegit. Pompeius de liberis Mithridatis, de Tigrane & eius filio triumphauit Magnusque a tota concione vocatus, & consalutatus est quod in eiusdem numismatibus clarè videri potest.

C.Iulius Cęsar Germanos omni Gallia expulit, indeque Ambianos, Suessiones Verimundos Atrabatesque vicit & in deditionem accepit, Naruiosque deleuit: Gallorum populi Ambiorige Duce Eburonum defecerunt, atque Cottam & Aurunculeium Legatos Cæsaris trucidatis eorum exercitibus interfecerunt. Marcus Crassus bellum Partis intulit, sed cum filio victi & occisi sunt. Romæ cum seditio nata esset inter Hypseum, Scipionem, & Milonem Cādidatos Consulatus, Gn. Pompeius Cos.3. factus est absens solusq; quod nemini vnquam contigerat. Caius Cæsar victis Gallis ad Alexiam omnes Galliæ ciuitates in deditionem accepit, domitisque Bellouacensibus aliisque Gallorum populis post decennium vocatus est Romam ad Consulatum cum præcepto quod exercitum relinquere deberet; quod ipse negauit, nisi Pompeius idem faceret. Cum autem S. C. decretum esset vt successor Cæsari mitteretur. Cæsar in Italiam cum toto exercitu veniens Romam adijt, quare Pompeius, & omnes suæ partis extra Italiam fugierunt. Cæsar vero Roma totaque Italia sibi subactis in Hispaniam præfectus est, ibiq; omnia prospera ipsi successerunt.

M.Arruntius Aquila Patauinus hoc tēpore floruit, fuitq; Ciuis Romanus ex tribu Terentina, habuit autem Romæ dignitates & honores sublimes, eo quod fuit Triū vir Monetalis, siue Mēsarius, Questor Cæsaris, Tribunus plebis, Prætor, Consul, & Quindecim Vir sacris faciundis, idest Sacerdos Magnus in ordine Quindecim virorum prout ex lapide in ædibus Liuianis constat, de

quo

quo latè in meis Arruntiis ipse egi, & est hic.

M. ARRVNTIO M. F.
TER. AQVILAE
III. VIRO A. A. A. F. F.
QVAEST. CAESARIS.
TRIB. PL. PR. COS.
XV. VIRO. SAC. FAC
FILIO.

A quo lapide discimus quod hic M. Arruntius Ciuis Patauinus tunc habebat Priuilegium Latij,& non Cuitatem Romanam, quã si habuisset vti Patauinus, ex tribu Fabia extitisset,prout Patauina Ciuitas erat; quare cum ius tantum Latij Patauini tunc haberent, ipsi forte data est tribus Terentina. De ipso egi in meis Arruntijs, ideo hic aliud de eo non dicam.

Decas xii. Cn. Pompeius Magnus ad Brundusium a C. Cæsare obsessus & præsidiis eius cum magna clade aduersæ partis expugnatis, ab obsidione liberatus est, sed translato exercitu in Thessaliam apud Pharsaliam post maximam pugnam a Cæsare victus est toto exercitu ipsius deleto; de qua insigni victoria infra dicimus Pompeius autem transiens in Ægyptum ad Ptolomeum sibi valde olim amicum & beneficijs affectum,ab ipso præditore occisus fuit. P. Cornelius Scipio Socer Pompeij in Africa vires Pompeianorũ redemit,sed à Cæsare omnes victi fuere; Ptolomeus à Cæsare superatus & pulsus in Nilo submersus est. Hostibus itaque omnibus deuictis Cæsar quatuor triumphus duxit, scil. ex Gallia,ex Ægypto, ex Ponto, & ex Africa, ac inde etiam ex Hispania; quibus peractis summos consecutus est honores, & ex S.C. vocatus fuit Pater Patriæ Sacrosanctus, & Dictator perpetuus prout ex lapidibus auctoribus ac numis constat, inter quos in Museo Lazareo, ac in meo hic est.



C.Cæſar prima ſua Dictatura in Ciuitatem Romanam Venetos Cennomanos omneſque Italos accepit, Ciueſque Romanos declarauit, ut teſtatur Dio.lib.41.illis verbis *Gallis trans Padum Ciuitatis ius dedit*;prout & Cicero Philipp.12.ſcribit *Patauinis alios excluſerunt, alios eiecerunt miſſos ab Antonio: pecunia, militibus, & quod maximè deerat armis noſtros Duces adiuuerunt*: & paulò poſt ſequitur. *Quos minimè mirum eſt communicata cum his republica fideles eſſe, qui etiam expertes eius, fidem ſuam præſtiterunt*. Quod etiam diſcimus ex lib. 5. Strabonis dum ſcribit. *Tandem etiam cum Romani Italos in ſocietatem ciuitatis recepiſſent. placuit eodem honore dignari Gallos Ceſalpinos, & Venetos omnibuſque Italorum, & Romanorum nomen tribuere, & diuerſis temporibus colonias condere*. Quare Venetæ Vrbes omnes in aliqua Tribu Romæ deſcriptæ fuerunt, veluti Patauium in Tribu Fabia, Ateſte in Tribu Romilia, Vincētia in Tribu Menenia, Taruiſium in Tribu Popilia, & ſic de alijs Venetorum, & Cenomanorum Ciuitatibus. Quare Ciues Patauì omnes inde in Tribu Fabia deſcripti, vt alii Ciues Romæ oriundi voces omnes actiuam & paſſiuam in omnes magiſtratus habere potuerunt. Sed quia de hac re agit doctiſsimus Vir Eques Sartorius Vrſatus in ſuis monumentis Patauinis, & in libro ſuo Aureo Italicè *Li Marmi Eruditi* inſcripto diligentiſſime ſcribit, cum ſit rerum antiquarum peritiſſimus, hic aliud addere non puto.

Imperator tandem Cæſar, ac Cenſor appellatus eſt; hoſtibus peperſit Remp. bonis Ordinibus conſtituit; Annum correxit in dies 365. & Menſem Quinctilem à ſe Iulium vocari ſanciuit. Sed quia ſpreto Senatu vti Rex omnia ſua ſponte agere cæpiſſet conſpiratione in ipſum facta in Senatu à M.Bruto, & Decimo Bruto, Caio Caſſio, Caio Trebonio, & alijs coniuratis in Curia Pompeiì vigenti tribus vulneribus occiſus fuit Anno ab Vrbe Condita 709. relicto

herede sui nominis & bonorum C. Ottauio ipsius ex sorore Nepote à se in filium adoptatum, & his temporibus floruit Flauius Volusius Patauinus de quo supra egimus.

Caius Octauius à C. Cæsare adoptatus vocari voluit C. Iulius Cæsar Octauianus, & cum Romam petiisset à Senatu Prætor creatus fuit, missusque cum Hirtio & Pansa Consulibus in subsidium Mutinæ à D. Bruto deffensæ, & à M. Ant. obsessæ, à quo ideo post accerbam pugnam Mutina liberata est.

M. Antonius verò inde discedens ad diuersas partes legatos suos misit ad colligendos, numos, arma, milites aliaque bello necessaria, & specialiter ab eo Veneti requisiti frustra fuerunt, sicut Cicero Phil. 12. his verbis scribit.

Quid? Galliam quo tandem animo hanc rem audituram putatis? (Hic pro Gallia intelligi debet Veneta prouincia.) *Illa enim huius belli propulsandi, administrandi, sustinendi principatum tenet. Gallia D. Bruti nutum ne dicam Imperium secuta, armis, viris, pecunia belli principia formauit: eadem vallatur, vritur, omnes æquo animo patitur iniurias, dummodo repellat periculum seruitutis; & ut omittam reliquas partes Galliæ (nam sunt omnes pares) Patauini alios exclusferunt, alios eiecerunt missos ab Antonio: pecunia, militibus, & quod maximè deerat armis nostros duces adiuuerunt. Fecerunt idem reliqui, qui quondam in eadem causa erant, & propter multorum annorum iniurias alienati à Senatu putabantur, quos minime mirum est. Communicatæ cum his Repub. fideles esse, qui etiam expertes eius fidem suam semper præstiterunt.* Hoc enim tempore certe Patauini & omnes Veneti Ciues Romani facti erant.

Post nonnulla alia acta inter eos, pax & coniunctio secuta est, scil. inter C. Iulium Cæsarem Octauianum, Ma. cum Antonium, & Lepidum, qui ideo vnitis viribus sub Triumuiratus nomine Reipublicæ regimem susceperunt; vocari voluerunt enim Trium Viri Reipublicæ constituendæ, quæ dominatio vera tirannis extitit, eo quod maximam proscriptionem Ciuium fecerunt, quare quamplurimi nobiles Romani fugierunt, prout olim ex tirannide Marij & Sullæ tot alii fecere; & ad diuersas mundi partes se contulerunt. Ex ipsis autem Lepidus Romæ pro tuenda Italia mansit, Cæsar autem & M. Antonius in Græciam iuerunt, & post diuersa facta, cum Bruto & Cassio Philippensem pugnam habuerũt in qua ambo isti cæsi sunt. Hac victoria parta Cæsar in Italiam reuersus, concessit legionibus suis Cremonam, Parmam, & Placentiam, aliasque Vrbes vbi quiescere possent, Milites autem quam-

plurima

plurima mala colonis intulerunt, prout Mantua valde passa est, & presertim P. Virgilius Maro Poeta insignis amisit omnia bona sua; & ideo in suis Bucolicis Egloga 9. lugens cecinit.

Vare tuum nomen (superet modo Mantua nobis:
Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ)
Cantantes sublime, ferent ad sydera Cycni.

Asinius Pollio cum haberet Transpadanã Galliam sub sua custodia, præter alia inique egesta, Patauiũ se contulit, vbi a Patauinis Ciuibus omni vi curauit numos, arma, milites, aliaque sibi necessaria extorquere sed frustra; Ideo Macrobius de hac violentia lib. 1. cap. xi. ita scribit.

Asinio etiam Pollione accerbe cogente Patauinos, vt pecuniam & arma conferrent: dominisque ab hoc latentibus, premio seruis cum libertate proposito, qui dominos suos proderit. Constat seruorum nullum victum præmio dominum prædidisse. De hac re tam insigni in dicta Aula nostra Zabarella memoria viget in tabula spherica descripta à prædicto claro viro Ioanne Cauacio inter figuras Titi Liuii, & Q. Asconii his verbis.

EX LIBRO PRIMO SATVRNALIVM MACROBII.

Exemplum fidei amorisque seruorum omnium nostræ Vrbes erga Dominos, quo vix incredibile hoc magis admirandum. Temporibus D. Augusti Asinius Pollio Præpositus à Cæsare huic prouinciæ Venetæ; ædio iam pridem concepto in Patauinos, cum eos intolerabile armorum & pecuniarum tributo prameret: dominique ob id in latebris essent, ne in corpora sæuiretur; proposuit præmium cum pileo seruis dominos prodentibus. Adeo præualuit fides, amorque ergo Dominos, vt spretis muneribus, Prætorisque vindicta; nullus sit inuentus, qui hærum suum ex latebris extra euoluerit.

Hoc insigne facinus seruorum Patauinorum pulcrè pictum delineatum visitur etiam in aula Consilij Patauij.

Si Patauinorum Serui maximis laudibus digni sunt, non minores merent & habent Mulieres huius nobilissimæ vrbis, nam ipsarũ modestia, castitas, ac vitæ sanctitas erant adeo insignes vt Valerius Martialis de Vda puella Patauina scribere ausus est lib. xi. Epigr. 17.

AD LECTORES.

Tu quoque nequitias nostri, lususque libelli
Vda puella leges, sis Patauina licet.

Plinius iunior autem de Serrana Procula lib. 1. ad Iunium commendans ei Minutium Cicilianum ita scribit de eo. *Habet Auiam maternam Serranam Proculã è Municipio Patauini nosli loci mores: Serrana tamen Patauinis quoque seueritatis exemplum est.*

Arria prima vxor fuit Cæcinnæ Pęti viri Consularis clarissima, & Castissima, de qua Martialis.

Casta suum gladium cum traderet Arria Pæto
Quem de visceribus traxerat ipsa suis
Si qua fides vulnus quod feci non dolet inquit
Sed quod tu facies hoc mihi Pæti dolet.

In Aula Consilij Pataui historia hæc insignis picta videtur cum hac inscriptione.

ARRIA PETI CECINNAE VXOR.

Quem, Scriboniano cui aduersus Claudium Cęs. adhæserat in Illyrico deleto, raptum militibus piscatoria in nauicula Romam vsque secuta vbi damnatum comperijt Parieti caput illisit, & corruit Refacillata pugionem sibi in pectus adegit, extractumque Viro porrexit additis immortalibus illis vocibus, Non quod feci, sed quod tu facies hoc mihi Pęte dolet.

Arria secunda coniux Trafeæ Pæti viri prestantissimi virtutibus clarissima, matris Arriæ primæ similis eiusque, exemplum sequi volens; maritus viuere suasit; & Fanniæ filiæ subsidium vnicum qui in ipsa restabat non adhiberi, ob summas virtutes, Neroni suspecta Vrbe, & Italia interdicta est, & in exilium acta, ita quod vsq; ad Domitiani tempus exulauit, quo summa omnium lætitia restituta est.

Fannia eius filia ex Trasea Pæto matrona Patauina longe Illustrissima fuit Heluidii Prisci coniux maximi Senatoris, de quibus egi in meis Trasea Pæto, Arruntijs, & Valerus. Plinius de ipsa scribit hanc Epistolam lib. 7. Epist. 18.

C. PLI-

C. PLINIVS PRISCO S.

ANgit me Fanniæ valetudo: contraxit hanc dum assidet Iuniæ Virgini, sponte primum (est enim affinis) deinde etiam ex auctoritate Pontificum. Nam virgines cum vt morbi atrio veste coguntur excedere, matronarum curæ, custodiæque mandantur, Quo munere Fannia dum sedulo fangitur hoc discrimine implicita est. Incident febres, tussis increscit, summa macies, summa defectio, animus tantum & spiritus viget. Heluidio Marito, Traseaque patre dignissima. Reliqua labantur neque non metu tantum, verum etiam dolore conficiunt. Doleo enim maximam fœminam eripi oculis ciuitatis, nescio an aliquid simile visuris. „ Quæ Castitas ille? Qua Sanctitas? Quanta grauitas? Quanta constantia? Bis maritum secuta est in exilium: tertiò ipsa propter maritum relegata est. Nam cum Senitio reus esset, quod de vita Heluidij libros composuisset: rogatumque se à Fannia in defensione dixisset: quærente minaciter Metio Catto: An rogasset? Respondit rogaui. An commentarios scripturo dedißet? Dedi. An sciente matre? Nesciente respondit. Postremo nullam vocem cedētem periculo emisit. Quin etiam eos ipsos libros quamquam ex necessitate, & metu temporum abolitos Senatusconsulto publicatis bonis seruauit, habuit, tulitque in exilium exilij causam. Eadem tam iucunda, tam comita denique (quod paucis datum est) non minus amabilis, quam veneranda nobis sublata, eritne quam postea vxoribus nostris ostendere poscimus. Erit a qua nos Viri quoq; fortitudinis exempla sumamus? Quæ sic cernentes, audientesque miremur quæ de ea leguntur? At mihi domus ipsius nutare, conuulsaque sedibus fuit ruitura videtur: licet adhuc posteros habeat. Quantis enim virtutibus, quantisque factis assequimur, vt hæc non nouissima acciderit. Me quidem illud etiam affligit, & torquet, quod matrem eius illam (nihil possum illustrius dicere) tantæ fœminæ matrem rursus video amittere, quam hæc, vt reddit, ac refert nobis, sic auferret secum, meque nouo pariter, & rescisо vulnere afficiet. Vtramque colui, vtramque dilexi, vtram magis nescio, nec discerni volebāt. Habuerunt officia mea in secundis, habuerunt in aduersis. Ego solatium relegatarum, ego ultor reuersarum, non feci tamen paria: atque hanc magis cupio seruari, vt mihi soluendi tempora supersint. In his eram cum scriberem ad te, quasi Deus aliquis in gaudium verteris de metu non quærar. Vale.

Sabina

Sabina Atestina Poetriç, & Clementis poetç Patauini vxor etiam à Martiale mirè celebratur lib. x.

AD CLEMENTEM.

Si prius Euganeas Clemens Helicaonis oras
Pietaque pampineis vider.s anua iugis
Perfer Atestinæ noudum vulgata Sabinæ
Carmina purpurea sed manto suta toga
Vt rara delectat, metiturque pollice primo
Sic noua nec mento sordida charta iuuat.

Caius Cæsar Octauianus Scriboniam in vxorem duxit, & Octauiam sororem M. Ant. collocauit. Quare totum Romanum Imperium inter ipsos duos & Lepidum diuisum fuit. Cæsar enim Europæ, Antonius Asiæ, Lepidus verò Africæ dominium habuere. Cæsar inde Sextum Pompeium vicit, & ex Sicilia expulit. M. Ant. contra Parthos prælia egit. Lepidus vero alios hostes vicit, sed & paulo post ipse à Cæsare victus, & omnibus rebus spoliatus est. Marcus Antonius tandem ob amorem Cleopatræ Ægypti Reginç Octauiam vxorem Cæsaris sororem mulierem præstantissimam dimisit, & ipsam Cleopatram sibi in vxorem coniunxit, quare inter ipsum Cæsarem, & Marcum Antonium odium primo, inde discordiæ, & tandem acre bellum ortum est, ideo apud Actium naualis pugna inter ipsos secuta est, in qua M. Ant. victus cum Cleopatra in Ægypto fugierunt, vbi postea ambo mortui sunt. Et sic C. Iulius Cæsar Octauianus solus totum Romanum Imperium obtinuit, quare Princeps, Pater Patriæ, Imperator, & Augustus appellatus fuit, & ob id etiam Mensis Sextilis Augusti nomen ab eo accepit. Finitis autem omnibus bellis templum Iani claudi fecit, tunc etiã etiam mortuo M. Lepido Pont. Max. Cæsar Pont. Max. creatus fuit, quam dignitatem inde omnes Imperatores acceperunt. Rexit autem Augustus Rempublicam summa pietate prudentia & iustitia, & fuit vere Omnium Pater, sed præsertim illorum qui virtutibus clari extiterunt, quare ab omni Orbis terrarum parte viri insignes Romam conuolabant, & ad ipsum ibant, à quo illari fronte omnes recepti erant, dilecti, donati & ditati. Huius Maximi Imperatoris memoria in numismatibus seruatur, inter quæ hoc habeo, quod etiam in Museo Co. Ioannis de Lazara vidi.



Titus Liuius Patauinus igitur hoc felici tempore Romam petiit,& ab Augusto læte receptus fuit,& quamuis cognouisset ipsum amatorem Reipub.& non Imperii,& quod in libris suis nimias laudes Pompeij inuenisset, quare esclamauit etiam, Pompeianus est; prout etiam Asinius Pollio Augusti dilectus arguebat ipsi Patauinitatem, idest Pompeianitatem, non Patauini omnis Rempub. ac Pompeium libertates diffensorem amabant; nihilominus T. Liuius ab Augusto valde diligebatur, scripsit illo tempore Romanam historiam; sed ipso mortuo & secum transacto aureo seculo, in patriam reuersus est, vbi etiam obijt Anno 4. Imperii Tiberij Cæsaris, qui Augusto successerat, cum ab ipso in filium adoptatus fuisset.

Post historiam sertuorum Patauinorum inspicitur in Aula Zabar. nostra figura & effigies Q. Asconij Pediani Viri Clarissimi Patauini cum hoc elogio à Cauacio illi descripto idest.

Q. Asconius Gabinius Modestus postea Pedianus in Orationes M. T. Ciceronis scriptor Egregius, quod opus integrum desideratur, & illud quod scripsit contra obtectatores Virgilij. Inter interpretes Linguæ latinæ iuditio Laurentij Vallæ, aliorumque doctissimorum virorum Principem Locum obtinet. Fuit temporibus Diui Augusti & Titi Liuij quem appellat nostrum. Fuit & insignis Prætura Proconsulatu, & Aerarij Præfectura, vt eius Epitaphium ostendit. Quod Cortaroli inuentum, vidi in ædibus Bernardini Scardeonij & fratrum.

COSS.

C O S S.
Q. A S C O N I V S
GABINIVS MODESTVS
PRAETOR PROCONS.
PRAEF. AERARII SATVRNO.
DEDIT.

Hoc loco valde dubito quod Ioannes Cauacius allucinatus sit; nam sicut de Hercule scribunt, quod fuerint plures, sed omnium gesta uni tantum Viro sub Herculis nomine tribuerunt. Ita hic puto quod plures viri fuerint ita appellati (nempe Q. Asconius) & omnes Patauini Pignorius in Originibus pag. iii. scribit quod fuerunt duo ita dicti (Q. Asconius) ego autem puto fuisse tres scilicet.

Q. Asconius Pedianus Grammaticus, ob quem elogium hoc cũ figura ipsius Cauacius fieri curauit, de quo in hoc elogio scriptura est fuit enim hic Grammaticus, & scripsit eleganter in Orationes Ciceronis & alia opera insignia, & fuit honor Vrbis Patauinæ.

Q. Asconius Pedianis secundus fuit Historicus, & Patauinus, ac contemporaneus primi, historias scripsit, sed iniuria temporum deperditæ sunt, de hoc Eusebius scribit, *quod in summo omnium honore consenescit*.

Q. Asconius Gabinius Modestus Tertius, & alius est, ac ab illis illis diuersus, & fuit quoque Ciues Patauinus, & ex supradicto lapide discimus quod fuit Prætor Proconsul & Præfectus Aerarii qui Saturno monumentum sacrauit, & lapis iste modo extat in ædibus Equitis Sertorii Vrsati apud Ecclesiam Sancti Francisci Viri doctissimi, & rerum antiquarum peritissimi. Cum fuerit autem Proconsul necesse est credere antea Consulem extitisse nam Proconsulis non fiebant nisi illi qui Consulis fuerant.

Asconia gens cognomen Pediani habebat, & ideo ex ipsa orti sunt prædicti prout etiam duo alij sequentes.

L. Pedianus fuit Dux Venetorum militum in bello Cannensi in quo etiam tot præclara egit vt Silius Italicus fatetur, ipsum enim celebrat lib. 8 his versibus.

Polydamantis Iuuenis Pedianus in armis
Bella agitabat atrox, Troianaque semina, & ortus
Atque Antenorea sese de stirpe ferrebat.

Gloria

Haud leuior generis fama, sacroque Timauo
Gloria, & Euganeis dilectum nomen in oris.
Huic pater Eridanus, Venetæque ex ordine gentes,
Atque Apono gaudens populus, seu bella cieret
Seu musas placidas, doctæque silentia vitæ.
Mallet & Aonios plectro mulcere labores.
Non vllum dixere parem, non notior alter.
Qui postquam effusis vrgens vestigia frenis
Pœnorum: iuxta galeam, atque insigne perempti
Agnouit spolium Pauli: puer illa gerebat,
Non paruo lætus ductoris munere Cynips,
Dilectus Pœno Cynips, quo grandior ore
Non fuit, ac ulli nituit plus fronte decoris.
Quale micat, semperque nouum est, quod Tiberis auræ
Pascit ebur, vel qui miro candoris honore
Lucet in aure lapis, rubris aduectus ab Indis.
Quem postquam egregium cristis & casside nota
Fulgentem extremo Pedianus in agmine vidit:
Ceu subita ante oculos Pauli occurrisset imago
Sedibus infernis, amissaque posceret arma.
Inuadit frendens. Hinc ignauissime Sacri
Portabis capitis? quæ non sine crimine vestri
Inuidiaque Deo gestaret tegmina ductor?
En Paulus: vocat inde viri ad spectacula manes;
Et fugientis agit costis penetrabile telum.
Tum delapsus equo, galeam atque insignia Magni
Consulis obrumpit dextra, spoliatque videntem.
Soluitur omne decus læto, niueosque per artus
Et Stygius color, & formæ populatur honores.
Ambrosiæ cecidere comæ, violataque ceruix
Marmoreum in iugulum collo labente recumbit.
Haud secus Oceano rediens Cithereius ignis,
Cum se se Veneri iactat, splendore refecto
Si subita inuadat nubes, hebetatur & atris
Decrescens tenebris languentia numina condit.
Ipsa etiam capta Pedianus casside, nudos
Attonitus stupet ad vultus; irasque cohercet.
Tum galeam magno socium clamore reportans
Immitem quatiebat equum, spumantia sæuo

Frena cruentantem morsu, cui torbidus armis
Obuia Marcellus rapido tulit ora tumultu.
Agnoscensque decus. Macte ò virtutis auitæ,
Macte Antenoride, nunc inquit, rapta petamus
Quod superest, Lybici ductores tegmina, & ardens
Terrificis sæuam fundit stridoribus hastam.
Nec forsan voti vanus foret obuia neccis
Gestares opposito tenuisset corpori telum.
Qui dum vicinos ductorem protegit armis,
Transabijt non hunc sitiens grauis hasta cruorem,
Ingentesque minas mutata morte peregit.
Auehitur raptim ductor discrimine leti
Turbatus, cursumque ferens ad castra capessit
Iamque fugæ immodicus tendit certamine gressum
Præcipitem, versisque exercitus armis

& quæ sequuntur.

L. Pedianus 2. fuit Consul cum Sexto Popilio, sub quo templum Iouis lustratum est, ut ait Plinius lib. x. cap. 12. & inde Glandorpius in gente Pedia, & tandem Scardeonius; de hoc in aula Consilij Paduæ sub eius figura legitur hæc inscriptio.

L. Pedianus Rom. Cons. Antenoreo genere militari virtute, & carmine Sil. Ital. Inclitus, qui Cannensi Clade Pennam exuuias Pauli Consulis ferentem confodit, spolijsque barbarico triumpho ereptis Romanum pudorem redemit.

Caius Asconius Sardus Ciuis Rom. ex Tribu Fabia fuit & Ciuis Patauinus, & ex Vxore Cusinta M.F. genuit Caium 2. Asconium Sardum, & Asconiam.

C. Asconius Sardus 2. fuit Ciuis Romanus & Patauinus ex Tribu Fabia, Quatuor vir Iuri Dicundo, & Præfectus Fabrorum.

Asconia Augurina Sacerdos Diuæ Domicillæ monumentum condidit C. Asconio Sardo 2. fratri, & Cusintæ Sardi matri suæ, quod videtur in pulcherrimo & antiquo lapide in ædibus Liuianis, quem hic exhibemus.

C. AS-

C. ASCONIO C. F.
FAB. SARDO
IIII. VIR. I. D.
PRAEF. FAB.
CVSINTAE M. F.
SARDI MATRI
ET SIBI
ASCONIA. C. F.
AVGVRINI
SACERDOS
DIVAE DOMICILLAE.

De hoc egi in meis Arruntiis pag. 81. prout etiam Eques Vrsatus in monumentis Patauinis fol 65. De ipsoque in ipsis locis diuersa leguntur.

Gens hæc Asconia originem suam ad Antenorem refferrebat prout ex Silio Italico supra vidimus, ex hac autem orta est nobiliss. familia Anapesta dicta de Antenoribus antea & inde Faletra Venetiis antiquissima Cuius Vrbis Albertus cum Thoma Candiano, & Zeno Daulo fuerunt Consules primi & conditores A. D. 421. ex hac domo orti sunt ideo Paulucius Anapesti Dux primus Venetorum in Vrbe Heracleæ electus A. D. 697. prout inde anno 801. creati fuerunt in Insula Mathemauci Obelerius Antenoreus ideo cognominatus, & post ipsum Beatus & Valentinus fratres, prout tandem Venetijs creati fuere Duces Vitalis A. D. 1082. & Ordelaphus A. D. 1101. ac tandem Marinus A. D. 1354. Fuerunt itidem huius sanguinis quinque D. M. Procuratores, & alios Duces clarissimi; Benedict. Patr. Gradi, Barthol. Patr. Constantinop. Maximus fuit Episc. Prim. Venet. dictus Oliuoli, prout inde fuerunt etiam Bonifacius, & Franciscus cum tot alijs Clarissimis Senatoribus, & Viris insignibus.

Hic finis est parietis partis Occidentalis Aulæ Zabarellæ post dictum Q. Asconium, ideo sequitur pars muri, seu paries versus Septentrionem in Capite Aulæ. Hic paries duas habet portas super podiolo, & in medio ipsarum fenestra satis ampla, inter primam portam, & fenestram conspicitur figura Cassij Patauini tenentis gladium in manibus cum hoc elogio a Cauacio ipsi condito.

C.Cassius homo e plebe, sed ingentis Spiritus, Imperium Augusti Cæsaris ægrè patiens, pleno conuiuio proclamare non dubitauit, neque votum sibi nec animum deesse confodiendi eum. Quod vir magnanimus, ac publicæ libertatis amator nephas putabat eum hominem pati viuere, qui profligata Republica per vim solus Imperium vsurpauit. Cuius animi magnitudinem Imperator admodum admiratus, læui exilio punire satis habuit.

Suetonius in vita Augusti Cæsaris hanc rem his verbis descripsit Capite 51. *Iunium Nouatum & Cassium Patauinum è plebe homines; alterum pecunia, alterum læui exilio punire satis habuit. Cum ille sub Agrippæ iuuenis nomine asperrimam de eo Epistolam in vulgus edidit. Hic autem pleno conuiuio proclamauit: neque votum sibi, neque animum deesse confodiendi eum.*

Cauacius de hoc nobili & insigni viro scribit secundum verba Suetonii cum magno errore; eo quod etsi Suetonius dixit è plebe homines; non debent putari Plebei, sed nati ex gente non patritia more Romanorum.

Erant enim Patritij illi tantum qui ab electis ex numero Patrum à Romulo, a Tarquinio Prisco Regibus, & à L. Iunio Bruto Consule primo Romæ originem ducebant, aliæ enim gentes omnes tam Romanorum, quam aduenarum, seu aliarum Ciuitatum sub nomine plebis vocabantur, etsi nobilissimæ & Consulares, vt Licinii, Cęcilij, Aurelij, Pompeij, & tot alij: & sic omnes qui in alijs Ciuitatibus orti, ex priuilegio Ciues Romani erant & Consulares; tamen omnes sub nomine plebis transibant. Fuit ergo hic Cassius noster nobilis Patauinus, & Ciuis Romanus, & cauendum est, quod si ipse nobilis non fuisset, de libertate amissa, & de Republ. occupata nil putasset.

In Aula Consilii Patauij visitur quoque huius clari viri effigies cum hac inscriptione.

Neque tu inter Heroas quæris locum Cassi Centurio, Qui ferox libertatis amator; Non vota deesse tibi, non animum si è Rep. foret confodiendi Augustum palam professus Principem esse, qui ideo non sæuiret probasti, Tibi ergo defuit Tyrannus, Non tu libertati.

Ex

Ex hac gente fuit Cassia prima Vxor Titi Liuii vt in monumento Capilisteo supradicto.

Cassia secunda Patauina fuit Vxor Caij Oppii vt ex hoc monumento, quod visitur in ædibus Liuianis, de quo Scard.fol.75.& Eq. Vrsat.fol.50.

C. OPPIO C. F. PATRI
RVTILIAE PRIMAE MATRI
CASSIAE L.F.SECVNDAE VXORI
C. OPPIVS C. F. T. F. L.
P.OPPIVS C.F.POLLIO FRATER
FACIVNDVM CVRAVIT.

A quo monumento discimus etiam quod gens Oppia, & gens Rutilia fuerunt Patauinæ.

C.Cassius Seuerus Patauij habebat monumentum hoc, quod à Hieronymo Gualdo Vicentiam translatum fuit annis præteritis,& ab Equite Vrsato memoratur fol.257.

C. CASSIVS.
SEVERVS
MISSVS EX PR.
SPECVLATOR.
A. A. V. S. L. M.

Eques Vrsatus declarat hoc monumentum. *Caius Cassius Seuerus missus ex Præcepto Speculatorum, Auro, Argento, Votum, Soluit, Lubens, Merito*, ego autem dico quod hæ litteræ possint etiam significare *Apud Agrum Viuens Sibi Legauit Monumentum*. In Ædibus Liuianis visitur monumentum de quo Scard.f.73.& Vrsatus fol.312.

D. M.

D. M.
C. HOSTILIO ELIO
V. AN. viij. M. vi. D. xi.
H. PL. MINVS. V. C.
CASSIVS THESPIVS ET
SERGIA MAXIMINA
PARENTES MAESTISS.
ET INFELICISSIMI

Caio Hostilio Elio Vixit annos Octo, Menses sex, Dies nouem horas plus minus quinque, & parentes ipsi fecerunt monumentum D.M. idest Dijs Manibus dicatum.

In Ædibus Quirinorum apud Ecclesiam omnium Sanctorum legitur hic memoria idest, Caius Cassius Q.F. Maculates testamento fieri iussit.

De hac gente lapis etiam extat ab Angelerio notatus, & est hic.

L. CASSIVS L. F. ROM. NIGER.
DOMO ATESTE MIL. COH. I. PR.
MIL. AN. xvij. VIX. ANN. xxxvij.

Fuit itaque hic Lucius Cassius Ciuis Patauinus, Atestinus, & Romanus ex Tribu Romilia, in qua omnes Atestini descripti erat, ac miles Cohortis primæ Prætoriæ, qui militauit Ann.xvii.& vixit Annos xxxvii.

Quare ex his lapidibus clare constat Cassiam Gentem Romanam hic quoque translatam floruisse.

Corelius Eques Romanus fuit quoque Ciuis Atestinus, de quo Plinius scribit lib. 17. cap. 17.

Corelius Eques Romanus Ateste genitus castaneam inseruit suomet surculo in Neapolitano agro. Hinc facta est Castanea, quæ ab ipso nomen accepit inter laudatas. Postea hæres eius libertus Corellianam iterum inseruit. Hæc est inter eos differentia. Illa copiosior, hæc Corelliana melior, & alibi pariter dr Castaneis lib. 15. cap. 69. Tarentina ait minus tractabilis laudabilior Corelliana.

De hoc claro viro librum edidi anno elapso dictum *il Corelio* Italico

lico sermone, qui ab omnibus videri potest, & in quo dignitatem & gradum Equitum Romanorũ descripsi cum alijs rebus antiquis scitu dignis, ac de gente Corelia N. Veneta inter Patritios Nobilissima & Eminentissima ab ipsis oriunda, ex qua orti sunt Beatiss. Greg. xii. Papa, Ant. Card. & Patr. Constant. Quatuor Proc. D. Marci alijque Viri præclarissimi, ideo Lectores antiquitatum studiosi ipsum videant opus meum. De auctoritate autem Equitum Romanorum fidem facit numisma ab Augusto editum, prout etiam ex quamplurimis monumentis idem scire possumus.



Sextus Olibius Maximus istis temporibus floruisse puto, fuit hic vir doctissimus & pariter in oppido Atestis natus; Philosophus extitit Chimicusque Spagiricus, ac Astrologus doctissimus, & fortasse inuentor fuit artis de transmutando metalla inferiora in argentum, & aurum; ac Lucernæ perpetuæ, nam circa annum Dom. 1500. iuxta Atestis oppidum ipsius memoria inuenta estd, um foderetur terra à rusticis solito altius, reperta est vrna fictilis, & in ea altera vrnula in qua lucerna erat adhuc ardens, & vt putabatur ardebat per annos 1500 circiter, eratque inter duas ampullas, quarũ vna aurea, altera argentea erant purissimo quondam liquore plenæ. Cuius virtute lucerna ipsa per tot annos arsisse creditur, & nisi aperta vrnula fuisset perpetuo arsura foret. In vrna maiori hi versus legebantur.

Plutoni Sacrum munus ne attingite fures:
Ignotum est vobis hoc, quod in orbe latet
Namque elementa graui clausit digesta labore,
Vase sub hoc modico MAXIMVS OLIBIVS,
Adsit fœcundo custos tibi copia cornu,
Ne prætium tanti depereat laticis.

In altera vrna minori hæc carmina etiam leguntur.

Abite hinc pessimi fures:
Quid vestris voltis cum oculis emissitijs?
Abite hinc vestro cum Mercurio
Petasato, caduceatoque.
Donum hoc MAXIMVS OLIBIVS
Plutoni Sacrum fecit.

Franciscus Maturantius Perusinus vir eruditissimus tunc in dicto oppido Humanitatis Magister testis occulatus de hac re ad Alpinum amicum suum epistolam diligentissimam scripsit, vbi omnia narat & dilucidat, quod etiam Petrus Appianus in descriptione orbis, ac tandem Scardeonius, Angelerius, & Portinarius diffusè hoc agunt. Anno 1620. in eodem loco inuenta est supradicta paruula moneta argentea, quam in Museo meo serbo, & eiusdem clari viri fuisse omnes sentiunt. Litteræ enim ab vna parte S. Oli. Sextus Olibius, & ab altera MA. Maximus indicare non est dubium. De hoc in meo Corelio egi & nonnulla notabilia addidi, quare hic eadem ponere superuacaneūm iudico, dum omnia in prædicto meo labore scire possunt.

C. Iulius Cæsar Octauianus Imperator Augustus decessit Anno Vrbis conditæ 766. Nat. D. anno xv. Imperij Ann. 43. & præter alias memorias & numismata, quæ infinita sunt primam argenteam, aliam æneam habeo, similiaque in Museo Com. Ioan. de Lazara, cum tot alia inspexi.

Anno Vrbis Conditæ 751. Imperante Octauiano Cæsare Aug. natus est Bethlem Iesus Christus D. N. ex Maria Virgine Ioachimi filia de Tribu Iudæ ex stirpe Dauid: qui post tot sanctissima & mirabilia gesta, à Iudeis captus, flagellis maximis afflictus, & crucifixus fuit; sed tertia die resurrexit, ac post quadraginta dies in Cœlum ascendit, sed quia D. N. Iesus Christus venditus fuit triginta denariis, placet hic addere eorundem figuras quarum prima Cyclum Iudaicum dicebant, secunda Rhodiorum moneta.

Reli-







Relictis itaque D.N. Sanctissima Matre sua, duodecim Apostolis, & 72. Discipulis aliisque fidelibus, omnium Principem & Vicarium suum Simonem Petrum constituit, qui ideo regimem Ecclesiæ accepit, Cathedram primam Antiochiæ, & inde Romæ statuit, ac Apostolos, discipulos, aliosque ad omnes mundi partes misit, vt Euangelium prædicarent. Inter omnes autem maximi nominis vigetque adhuc illius fama Sanctus Prosdocimus Græcus, qui à Diuo Petro ad prouinciam Venetam missus est, & ab eodem illius Episcopus constitutus, primo loco Patauium appulsus huius Episcopus primus extitit, prout inde etiam Vincentiæ, Taruisii, & aliarum vrbium huius regionis, quare Venetorum Apostolus dictus fuit, & merito existit. Sed quia Patauium Metropolis, & Caput erat huius Prouinciæ, hanc primo ad fidem Christi conuertit; & pro signo ipsi Crucem rubeam in plano argenteo tribuit.





Prout Vincentiæ argenteam in plano rubro, & sic Taruisii sed cum duabus Stellis, sicut & Veronę auream in plano cærulco.





Patauini Senatus Princeps tunc erat Vitalianus inter patrię proceres nobilissimus, qui forte tunc lepra egrotabat. Sed à Sancto Prosdocimo habuit baptismum & sanitatem accepit; Filiam Iustinam discipulam Sancto Episcopo tradidit, omnibusq; suasit Christi fidem accipere. Rebus Pataui peractis ad Ciuitates Atestinam, Vincentinam, Taruisinam aliasque se contulit, quæ omnes ad Crucifixi fidem conuersę sunt, & ideo omnes persecutionem maximam à Paganis passę sunt, quare etiam quamplurimi martyrij corona decorati fuere; sed præ cæteris Iustina coram Maximiano pro Imperatore Prouinciæ Præside Christum Deum confiteri ausa fuit, die 7. Octobris non dubitauit gladii subire tormentum, quæ inter Dei Virgines & Martires connumeratur, & modo vti Protectrix Vrbis Patauinæ, & Serenissimæ Repub. Venetæ colitur, & veneratur & eius dies natalis dicto die 7. Octobris celebratur. Sanctus Prosdocimus post nonnullos annos migrauit in Cœlum die 7. Nouembris, quo in tota prouincia Veneta ipsius festum colitur.

Octauianus Augustus diuisit Italiam in xi. regiones, etsi inde in-

xix. à Coſmographia diuiſa fuerit, & ab Auguſt. Venetia in x. regione poſita fuit.

Ptolomeus floruit ſub Antonino Pio, in Aſtrologia clariſſimus qui diuiſit Cœlum, & Terram, & poſuit in hac prouincia Patauium caput.



Tiberius Iulius Cæſ.D. Aug. Fil. iam ab ipſo adoptatus, ipſi defuncto ſucceſſit, fuitque Pop.Rom.Imp.iij. vixit Ann.22.obiit Anno V.C. 789.& Domini 38. de quo infra alia dicemus; & ipſius dictum numiſma habemus. C. Iulius Ætor Ciuis Patau. Ædilis ab Imp.Tib.Aug.donatus fuit torque Maiori bello Dalmatico ob honorem Duumuiratus prout in ſuo monumento ſupra, & infra poſito legitur.



Caius Cæſar Caligula nuncupatus à Tiberio adoptatus fuit Imper.viii. Turpiter Rempubl.rexit Ann.3.Menſ.10. obiitque Anno V.C.793. & Dom.41. De quo ſupra, numumq; habeo quem cum ſupradicto Tiberij vidi etiam in Muſeo Lazareo.



Tib. Claudius Imperator V. Caij Caligulæ patruus, ipſi ſucceſſit & male rexit Imperium Annos 13. obiit A. V.C.806.

Cecina Pętus hoc tempore floruit, omnique virtutum genere præſtantiſſimus extitit, poſt alios maiores Magiſtratus egregie administratos ad Conſulatum peruenit, quem etiam adeo præclarè geſſit,&ad ſummũ ſplendorem peruenit,quamobrem Claudio Cęſare viro iniquo infenſus reditus eſt; & ideo cognoſcens ipſe periculum iniuſti Principis, in Illyrium aufugit ad Furium Camillum Scribonianum Dalmatiæ Legatum,quem Legiones Imperatorem vocauerant; ſed murato conſilio ipſum poſtea reliquerunt & occiderunt. Pætus ideo Romam ductus à Claudio Cæſare morti deſtinatus eſt. Arria Patauina Illuſtris Matrona Vxor virum ſuum ſecuta eſt in Dalmatiam,nec Romam deſeruit; & Plinius lib.3. ad Nepotem Epiſtolam de eius laudibus glorioſiſſimam ſcripſit vſque ad ſydera ipſam extolendo. Cum ergo virum ſuum damnatum audiuiſſet,& quod ipſi necis modum datum erat,adiit ad eum quaſi conſolatura; & Vale dicens, gladio quem abſconditum habebat ante oculos mariti pectus ſuum transfixit, eundemque extractum porrigens marito moriens proclamauit; Vulnus quod feci dolet,ſed quod tu facies.



Nero

Nero Claudius Cæsar Claudij Imperatoris filius adoptatus, & successor fuit, & ideo Imperator Augustus 6. & vltimus ex stirpe Cæsarum & ex sanguine Augusti, vir nequissimus & sæuissimus,& sicut male vixit male mortuus est post annos 14. sui pessimi regiminis Ann. V.C. 820.

Post fenestram quæ est in medio huius parietis ante aliam portam figura cernitur Lucij Arruntij Stellæ Poetæ Patauini & Consulis Romani cum hoc elogio à Cauacia illi dicato.

L. Arruntius Stella Columbam mortuam Amicæ Iantidis, quam in delicijs habebat Elegiaco Versu defleuit, quo genere Carminis, aliјsq; poetarum studijs Papinius Statius appellat Eminentiss. Valerius Martialis Valerio Catullo anteferre non dubitauit hoc Epigrammate.

Stellæ delicium mei Columba
Verona licet audiente decam
Vicit maxime passerem Catulli
Tanto Stella meus tuo Catullo
Quanto Passere maior est Columba.

Cui etiam Papinius iure sodalitij sibi iure elegantissimo epithalamio suas cum Violantilla nuptias decantauit, quibus nomen Astirides. Elegia adfuerunt. Opus elegiarum aliaque scripta Fatorum inuidia desiderantur. Ipse & Flaccus sub idem tempus fuere.

In Aula consilij Patauii sub ipsius imagine legitur ita

L. Arruntius Stella de quo Martialis.

Sardonicas Smaragdos Adamantes Iaspides vno
Portat in auriculo Stella Seuere meus
Multas in digitis plures in carmine gemmas
Inde ita est puto culta manus.

Huius Viri præstantissimi vitam, & mores descripsi in libro Italico sermone inscripto *Gli Arronzij* in quo ostendi quod hic fuit Senator Duumuir Prætor & etiam Consul, sub Nerone Præfectus ad Ludos gerendos extitit. Sed sub Vespasiano ad honores summos elatus est & ipsius medio Vxorem habuit Violantillam nobilissimã pulcherrimam, atque ditissimam virginem Romanam, necnon virtutibus eminentissimam, ita quod Martialis de his nuptiis dixit.

De

De Hiantide & Stella.

Perpetuam Stellæ, dum iungit Hianta Vati
Læta Venus dixit, plus dare non potui.

Tempore Domitiani Consul euasit, quem gradum regiè administrauit maximoque splendore cum ditissimus etiam esset; fuit aut Mecenas illius æui, quare ad ipsum omnes viri docti, & virtute præditi conuolabat. De suo autem Consulatu Martialis testatur, dum dixit ad Librum suum.

Ad Librum suum.

Ad populum mitti, qui nuper ab vrbe solebas,
Ibis tu Romam nunc peregrine liber.

Et paulo post.

Vel si malueris prima gradiare suburræ
Atria sunt illic Consulis alta mei
Laurigeros habitat facundus Stella Pennates
Clarus Hianteæ Stella petitor aquæ.

De patria huius Viri præclarissimi Valerius Martialis tandem loqui non desijt, nam memorando scriptores sui temporis ait. lib. 1

Ad Licinianum, scriptores vnde.

Vero na docti Syllabas amat Vatis.
Marone felix Mantuæ est
Censetur Apona Liuio suo tellus
Stellaque nec Flacco minus.

L. Arruntius Stella secundus prout creditur fuit prædicti Poetæ filius, & sicut pater ipse etiam Senator, & Consul Romanus euasit cum L. Iulio Marino tempore Imperatoris Traiani, eius facinora tempus edax consumpsit, memoria tamen eiusdem viget in tabula aenea, quæ apud Fuluium Vrsinum extabat à Grutero posita fol. 456. 1.

L. Arruntio Stella. L. Iulio Marino Cos.
xiv. Kal. Nou.
M. Acilius Placidus L. Petronius Fronto IV. V. I. D.
S. C. Ferent. in Curia Aedes Mercurij Scribundo
Adfuerunt Siginius Marcianus
Q. Munnius Nomanlianus
Q. Vniuersi V. F. T. Sempronium Bassum Clariss. Virum.

M. Arruntius Aquila M. F. Patau. fuit Ciuis Romanus ex Tribu Tereutina, fuitque Triumuir Monetalis siue præfectus super Numis,

mis, & Monetis Quæstor Cæsaris, Trib. Plebis, Prætor, Consul, & xv. Vir Sacris Faciundis, idest Sacerdos Romæ, prout constat in lapide antiquissimo qui seruatur in ædibus Liuianis, & sub elogio dicti Stellæ inscriptus videtur vt supra dixi.

De his claris Viris Gentis Arruntiæ in meis Arruntijs olim æditis & de aliis etiam satis locutus sum; ideo hic aliud non addam sed ad alterum parietem eiusdem nostræ Aulæ transibo.

In principio alterius parietis Orientalis versus Septentrionem pictus videtur clariss. & notabiliss. Petus Trasea, siue Trasea Petus Ciuis Patauinus, & similiter Consul Romanus cum hoc elogio Ioannis Cauacij.

Pætus Trasea cui ob magnitudinem, integritatemque animi Magno fuit cognomen. Romæ Sacerdos Quindecim Viralis, & Consul Stoicisq; disciplinæ Professor. Socer fuit Eluidij Prisci Senatoris Romani eiusdē sectæ studiosi, adeo insignes vtrique Libertatis fautores, & singulis annis Brutorum & Cassii natales concelebrarent. Trasea Neronis tiranni di semper repugnans varijs falsisque accusatus criminibus (vt Tacitus scribit) In primis quod Patauij Ludis Cesticis ab Antenore Troiano institutis habitu tragico cecinit. Cum alterum eligendum esset, aut venia supplex petere, aut mortē voluntariam subire: Consulēs amicos, qui se cum aderant, magna constantia fletum eorum compescens, voce instar Numinis, & plus quam humana, singulis osculum offerrens, porrectis brachijs venas incidendas præbuit. Vxorem Ariam exemplo matris marito sequi tentantem à destinato deterruit, & in hæc verba mortales reliquit Libemus hæc Ioui Liberatori. Mors vltima Pœna, nec metuenda viris. *Iunius Rusticus in libro quem scripsit de eius laudibus Santissimum eum appellat.*

Post figuram Traseæ & eius elogium in pariete tabula quadrata picta videtur historia de Ludis Cesticis in quibus Tacitus ait Traseā cecinisse, quæ fuit apud Neronē causa ipsius mortis; vbi Traseas alto loco sedens orans conspicitur, & de his ludis idem Tacitus scribit ita. lib. 16. Annalium.

Trucidatis tot insignibus viris ad postremum Nero virtutem ipsam excindere concupiuit; interfectis Trasea Pæto & Barea Sorano, olim vtrisque infensus, & accedentibus causis in Traseam. Quod Senatu egressus est cum de Agrippina referretur vt memoraui. Quodque Iuuenilium ludicro parum

expetibilem operã præbuerat: Eaq; offensio altius penetrabat, quia idem Trasea Patauij vbi ortus erat: Ludis Cesticis à Troiano Antenore institutis habitu tragico cecinerat. Die quoque quo Prætor Antistius ob probra in Neronem composita ad mortem damnabatur mitiora censuit, obtinuitque. Et cum Deum honores Poppeæ decernerentur, sponte absens funere non interfuit.

In Aula Senatus Patauini legitur hæc inscriptio sub pictura, quæ totam hanc historiam ostendidit videlicet.

Cum postremo Nero virtutem excindere cogitasset Traseam Petum damnauit, deditque mortis arbitrium. Ille accepto S.C. Heluidium ac Demetriũ Cynicum in cubiculum induxit. Letitiæ proprior porrectis utriusque brachij venis, poctquam cruorem effudit Lebemus inquit Ioui Liberatori.

De hoc præstantissimo viro diffusè olim egi duobus operibus meis Italico sermone inscriptis primo *Trasea Pæto*, tribus libris diuiso, in quo illius vitam mores, & mortem descripsi; secundo *Gli Valerij*, in quo dum de ipso egerim aperte docui illorum verborum (habitu tragico cecinerat) sensum esse (habitu mæsto seu graui orauerat); quod multis rationibus, & documentis probaui; sicut etiam quod ipse Trasea è gente Fannia natus erat, ideoque vocatus esse debebãt Pub. Fannius Trasea Petus; quod etiam in meo *Trasea Peto* videri potest; Lectores ideo libros ipsos videant, & omnia clarè scient; vbi videbunt etiã quod à Fannijs Ser. Veneta familia Zeno orta est, ex qua Serenis. Reinerius Dux, & Io. Baptista Cardinalis totque alij gloriosissimi viri ntai sunt; sed præ cæteris fulgent Eccellentiss. Rainerius D. M. Proc. & Eques, ac Io. Ant. Senator amplissimus, qui fuit Prouisor Generalis Fori Iulii, & Insularum.

Extra prædictos Cecinnam & Traseam cum cognomine Peti alij duo fuerunt Patauij clari viri scil. Cneus Labeo Petus qui fuit Consul designatus, prout legitur in ipsius monumento à Decimo Popilio fratri ipsi facto & Mercurio sacrum, quod conspicitur Patauij apud ædes Diui Thomæ Apostoli, & hoc est.

M E R. S.
D. POPILIVS CN. LABE.
PAETO COS. DESIGNATO
FRATRI SVO B. M. P.
HVNC SOMNO AETERNALI
PATRIA RETINET.

Petus

Petus honoratus fuit Corrector Italiæ, & dicauit hoc monumentum Diocletiano Imperatori, quod apud ædes S.Iulianæ visitur.

AETERNO IMPERATORI NOSTRO MAXIMO
OPTIMOQ; PRINCIPI VALERIO AVRELIO
DIOCLETIANO PIO FELICI INVICTO AEGVSTO
PAETVS HONORATVS VIR CORRECTOR ITALIAE
NVMINI EIVS DICATISSIMVS.

An verò isti clari Viri fuerint ex sanguine supradictorum Cecinæ Peti, & Traseę Pęti haud facile dici potest. In supradicto opere Trasea Pæto clare ostendere conatus sum, quod Trasea Pætus ex Gente Fannia ortus erat & quod dictus fuerit P. Fannius Trasea Pætus, quare Romanorum more filiam Fanniam vocari voluit, quę Heluidio Prisco Senatori Romano nupsit; de qua in lib.2. Trasea Pæto dicto: iam locutus sum, & etiam supra hoc ipso opere.

Pessimus Nero post innumeras sæuitias, & enormia facta coniuratione in eum inita interfectus fuit, & cum ipso extincta fuit familia Cæsarum prout ex hoc tabula clare videtur.

C.Iulius Cæsar Dict. Imperator I.
|
C.Iulius Cęs. Octauianus Imperator II.
|

Tib. Iul. Cæsar Aug. Imper.iii.	Drusus Nero German. Cæsar
|	|
Germanicus Cæs.Cos.	Tib.Claud.Cæs.Aug.Imp.v.
|	|
Caius Cæsar Caligula Imp.iv.	Nero Claudius Cæs. Aug.Imp.vi.

Iulia autem Gens permansit, & in alijs familijs floruit, quare allucinati sunt qui dixerunt in Nerone finem habuisse Iuliam gentē; cum nec est verum, quod Nero fuerit gente Iulia genitus, sed Domitia, sicut Tiberius, Caligula, & Claudius fuerunt è gente Claudia

& Octauianus Augustus è gente Octauia. Ex gente Iulia enim tempore Neronis fuit C. Iulius Atticus Vestinus Consul & inde quamplurimi alij & tandem tot alii Anicij a Iulijs descendentes; è quibus Perleonij & Frangipanes; & ab his Michaelii;& Iustiniani Nob. Veneti prædicantur, ac tandem Augustissima Domus Austriaca ab eisdem propagata est.



Seruius Sulpitius Galba occiso Nerone, Imperator Cæs. August. VII. à Senatu creatus fuit, de quo opus egi Italico sermone *Il Galba* nuncupatum vbi de gente Sulpitia Romana & de familia Quirina Veneta historiam egi: quæ à Sulpitijs Quirinis originem habuit, & Venetias translata ibi mire floruit, & viget, ex qua Galbanij Duces cum alijs viris clarissimis orti sunt, prout etiam alij Archiepiscopi, Episcopi, & Præsules religiosissimi; modo vigent Eccellent. Hier. D.M. Procur. Iacobus Eques & tot alij amplissimi Senatores. Imperauit Menses sex & cum L. Calpurnio Pisone quem sibi in filium adoptauerat à militibus Prætorianis occisus fuit A. V. C. 820.



M. Saluius Otho Imperator Cæsar Augustus 8. occiso Galba creatus fuit, & post Menses tres occisus Anno ab V.C. 821.

Aulus



Aulus Vitelius Imper. Cæsar Augusſt. ix. ab exercitu Germaniæ vocatus eſt; qui ideo Aulum Cecinnam Vicentinum, & Fabium Valentem ſuos Duces in Italiam miſit, a quibus inter Veronam & Cremonam Otho ſuperatus fuit, qui ideo ſe interfecit, vt Ciuili bello finis poneretur. Cum ſuo exercitu igitur Vitelius Romam ingreſſus quamplurima damna intulit, quo tempore Fl. Veſpaſianus ſupremus Dux in Syria contra Iudeos a ſuis militibus Imperator vocatus fuit, qui ſtatim Licinium Mucianum Ducem clarum in Italiam miſit, prout etiam inde miſit Antonium Primum Ducē Legionum Pannoniæ additis alijs Myſiæ, & Dalmatiæ, qui cum Arrio Varo & altero Veſpaſiani Duce ante Mutianum Italiam ingreſſi ſunt, & vt commodius inimicum vincere poſſint in prouinciam Venetam intrarunt. Vitellius contra Flauianos ideſt contra Duces Flauij Veſpaſiani, A Cecinnam & Fabium Valentem ſuos duces miſit, quare Cornelius Tacitus lib. 2. Hiſt. ita ſcribit. *Sed Primus, & Varus occupantes Aquileiæ proxima quæque & Opitergij & Altini lætis animis accipiuntur. Relictum Altini præſidium aduerſus claſſem Rauennatem nundum defectione eius audita. Inde Patauium & Atheſte partibus adiunxere.* Hic audito aduentu trium Cohortium, & Equitum alæ Vitellij, ipſas aggreſſi ſunt magnaque clade vicerunt. Vidius Aquila Legatus inde cum Legione 7. Galbiana, & 13. Gemina Patauium venerunt, vbi per nonnullos dies quieuerunt; putantes verò commodiorem locum Veronæ pro bello agendo illuc exercitum duxere. Tacitus autem ſequitur his verbis.

Quæſitum inde qua ſedes bello legeretur Verona potior vera, patentibus circum campis ad pugnam equeſtrem qua præualebat: ſimul coloniam copijs validam auferre Vitelio in rem, famamque videbatur. Poßeßa tranſitu Vicentia: quod per ſe parum (etenim paucæ municipio vires) magni momenti locum obtinuit, reputantibus illic Cecinnam genitum, & patriam hoſtium

Duci ereptam. Aquisitio Veronæ multum profuit Vespasiano. Cecinna castra posuit inter Hostiliam Veronensis territorii,& paludes Tari, & si ipsius vero fides fuisset Vitellio,ipsi aliquod bonum successisset, sed dubitans Cecinna de viribus Vitellii, prodire tentauit, & Vespasiano adesse, ad quod Flauiani ipsum suadebant. Interim vero nato tumultu in exercitu Flauiano milites mortem T. Ampii Flauiani, & Apronii Saturnini petebant, hic autem Patauium aufugit; quare Antonius Primus Dux solus & supremus mansit. Lucilius Bassus Classis Rauennæ Prefectus ad Vespasianum transiuit,Classeque tradita Cornelio Fusco Vespasiano Duci in Adriam se transtulit. Cecinna audita Classis rebellione mutata fide palam Vespasiano aderere omnibus suasit, exercitus autem renuit, imò capto ipso Cecinna Duces elegit Fabium Bibulum,& Cassiũ longũ His motis & controuersijs auditis Ant. Primus contra hostes iuit & post magnam pugnam ipsos vicit, & destruit,Cremonaq; inde capta & fere dirupta fuit; post tandem alias pugnas mors Vitellij fuit bellorum finis. Imperauit Menses ix.obiitque A. V.C. 821.



Flauius Vespasianus iam ab exercitu Palestinæ Imperat. vocatus mortuo Vitelio à Senatu Romano confirmatus fuit Imperat. Cæsar Augustus X. Imperauit An.9. Mens. 6. obiitque Anno ab V. C. 837.Dom. vero 80. Arrius Varus Præfectus Prætorio creatus fuit; Antonius autem summum tenuit dominium Vespasiani Titoque filio Consulatus traditus est, Prætura vero Domitiano altero Vespasiani filio cum auctoritate Consulis. Honoris triumphalis Mutiano ex Sarmatis, Antonio primo *insignia Consularia, & Arrio Varo Prætoria data sunt.*

Heluidius Priscus Prætor electus est magno applausu cum esset magnus Senator & præclarus de quo Tacitus Histor. lib. 4. scribit. *Heluidius Priscus regione Italiæ Terracinæ municipio, Cluuio patre, qui ordinem*

dinem

dinem Primipili duxisset, ingenium illustre atioribus studijs iuuenis admodum dedit non vt plerique vt nomine magnifico signi otium velaret, sed quo firmior aduersus fortuita Rempubl. capesceret, doctoris sapientię secutus est, qui sola bona qui honesta, mala tamen quæ turpia: potentium nobilitatem, cæteraque extra animum neque bonis, neque malis annumerant. Quæstorius adhuc à Peto Trasea gener delectus, e moribus Soceri nihil æque, ac libertatem hausit. Ciuis, Senator, Maritus, Gener, Amicus, cunctis vitæ officijs æquabilis, opum contemptor recte pernicax, constans aduersus metus. Quæ hic addidi, quia hic Heluidius Gener erat nostri Trasec Pæti, maritusque Fanniæ illius Filiæ Matronæ Patauinæ præstantissimæ prout supra dictum est.



Titus Diui Vespasiani Augusti filius, in eius locum creatus est Imper. Augustus XI. Imperauit Ann. xi. Mens. ii. D. xx. obiit Anno V.C. 833. & Domini 82.



Domitianus frater ipsi successit fuitque Imperator Cęs. Aug. xii. & Imperauit An. xv. Dies v. obiit Ann. V C. 848. Dom. 97.

Temporibus horum Imperatorum floruerunt L. Arruntius Stella Consul, de quo supra, & C. Valerius Flaccus, de quo dicam, ambo Poetæ Patauini.

Post

Post tabulam vbi Ludi Cestici picti sunt, figura extat Caii Valerii Flacci Poetæ Patauini cum hoc elogio.

C. Valerius Flaccus carmine heroico scripsit labores Argonautarum, quem Valerius Martialis spem & alumnum Laris Antenorei his versibus celebrat.

O mihi curarum præsidium non ville mearum
Flaccæ Antenorei spes & alumne Laris
Pierias differ cantus.

Et alijs versibus affirmat Tellurem Apponam, non minus gaudere Flacco, Stellaque quam Liuio.

Gaudet Appona Liuio suo Tellus
Stellaque nec Flacco minus.

Fabius Quintilianus qui fuit sub idem tempus conqueritur in Valerio Flacco multum esse amissum, nam opus Argonautarum imperfectum inemendatumque reliquit. Fuit temporibus Diui Vespasiani Titi & Domitiani quibus quamplurimi egregij scriptores claruerūt. Vespasianum in principio operis, vt Numen Patremque sanctum appellat.

Eripe me populis & habenti numina terræ
Sancte Pater, veterumq; faue memoranda canenti
Facta virùm verum, proles tua pandit Idumen.
Namque potest Solimo nigrantem puluere fratrem
Spargentemque faces vt in omni turre fruentem

Prolem intelligit Domitianum, qui Heroico carmine scripsit gesta Titi fratris apud Hierosolimas.

In Aula Consilii Patauij ipsius effigies colitur super hostio maiori cum hac inscriptione videlicet

C. Valer. Flaccus. P.

Quem Val. Martial spem & Alumnum Laris Antenorei vocat
Quo citra iuuentam erepto multum Romam amisisse conterritur
Quintil. quantus in Carmine assurgat Argonautæ testantur
In quibus Græcorum probatissimos secutus vel equauit vel vicit.

De

De hoc celeberrimo Vate egi in opere meo *Gli Valerij* inscripto de ipso, & supradicto Fl. Volusio eodem sanguine progenitis, sed etiam de vniuersa gente Valeria Romana Patauina, & Veneta, ideo dilecte Lector si cupis, ibi omnia disces. Ex hac enim fuerunt olim Augustinus, & Petrus Eminentiss. Cardinales alijque religiosissimi Presules, & mox Sereniss. Bertucius Venet. Dux, cuius filius Siluester D. Marci Procurator & Eques viuit Reipub. Ven. Decus & splendor.

Super hostio propinquo historiam cernitur de qua Suetonius in vita Tiberii Cæsaris his verbis scripsit ita.

Et mox cum Illyricum petens, iuxta Patauium adesset Gerionis oraculum sorte tracta, qua monebantur, & de consultationibus in Aponi fontem talos aureos iaceret, vt summum numerum iacti ab eo, intendisset, hodieque sub aqua visuntur hi tali.

Scribit enim Suetonius quod & apud alios scriptores legitur, quod Tiberius Cęsar in itinere versus Illyricum per territorium Patauinum transiens, videre voluit Oraculũ Gerionis, in fonte Apponi enim erat; Vbi cupientibus sortes suas audire; Sacerdos dabat illi aureos talos, quibus iactis in fõte, a numero quod superius videbatur vaticinium dabat; & ideo cum Tiberius Cæsar desideraret scire, an ipse Imperio potiri deberet; ad prædictum Oraculum iuit, vbi iactis talis in fonte, summum numerum superius apparuit, quo viso Sacerdos dixit ipsi quod Imperator erit, prout etiam inde successit.

Superius dixi quod Euganei cum Hercule ex Hispania in Italiam venientes præter cætera, quæ secum transtulerunt, fuit oraculum Gerionis; quod in fonte Apponi positum ibidem celebratur. Ita etiam in propinquo monte cui Montagnonus nomen est, templum Gerionis erat vbi nunc Ecclesia D. Petro sacrata conspicitur; in qua igitur adhuc intus in pariete talis memoria legitur.

G. F. P. P. T. F. S. C. D. PETRO AER. PAT. IMP.
CONSACRAVIT A. II. R. INTER.

Quæ litteræ sic interpretantur, videlicet.

Galianus Fontana Patritius Patauinus, siue Pater Patriæ Templum Gerionis Senatus Consulto Diuo Petro Aerarij Patauini impensa Consacrauit Anno secundo Regiminis interregni.

Familia olim de Fõtania Patauij inde Viscouella, & modo Cumana

dicta

dicta produxit B. Sauinum Episcopum qui colitur in Castro Montisilicis & claues Sancti monumenti apud hos nobiles seruantur.

Tricidius fuit quoque Episc. Patau. & Ægidius Vir doctiss. Legis Egidianæ auctor extitit, qui Venetijs seruatur.



M. Coccius Nerua Domitiano defuncto successit fuitque Imperator XIII. probus, & summæ prudentiæ, Imperauit annum 1. mens. 4. die ix.



Vlpius Traianus ab Imperatore Nerua adoptatus Romanum Imperium XIV. obtinuit posuitque in maiori culmine, ita quod nec ante nec post tam magnum extitit: Fuit ipse Optimus Maximus, iustissimus, & omnium potentissimus Imperator, de quo legitur quod D. Greg. Magnus Papa suis præcibus à Deo obtinuit, ut ipsius anima ab inferno liberata fuerit. Imperauit Ann. xix. Mens. vi. D. vx.

Aelius



Aelius Hadrianus filius adoptiuus Traiani, post ipsum fuit Imper. XV. sapiens, & prudentissimus. Imperauit Ann. xx. M. x. D. xxix. cuius tempore Sedes Tribunalis extructa fuit sub Consulatu Sergij Pauli II. Consulis ab infrascriptis militibus, vt notat Gruterus fol. 170. num. 1.

- - - - - - Sergio Paulo II. Cos.
- - - - - rib. v. sedem extructo Tribunali
- - - - - - rio. milites infrascripti fecerunt
- - - - - te Cos. Sext. Bolanius Quinctianus Tar.
- - - - tus Patau. M. Tintorius Kalendinus capus
- - - A Bonon. P. Fabius Saturnalius Patauio
- - - - - ne Cos. Q. Romanius charito Mediol.
- - - - - Fident. M. Britius secundus nepe
- - - - - - - - - - - - - - - - strato berua

Publius Fabius Patauinus Ciuis & miles Romanus interfuit cũ alijs militibus extructioni Tribunalis, de quo viri doctissimi nempe Laur. Pignorius, & Eques Vrsatus agunt.

Marcus Sulpitius pariter Patauinus circa hæc tempora floruit, fuitque alterius Publii filius, & Ciuis Romanus ex Tribu Fabia, ac Miles Legionis Vigesimæ, qui vixit Ann. xxxvii. & stipendia habuit Ann. xvii. vt constat ex lapide sui monumenti apud Gruterum fol. 562. n. 9.

M. SVLPITIVS
P. F. FAB. PAT.
MIL. LEG. XX.
ANN. XXXVII.
STIP. XVII.
H. S. EST.



Super hoc lapide elegantissime loquitur Doctissimus vir, & antiquitatum peritissimus Eq. Vrsatus Sartorius in Opere suo merito Italice inscripto *Li Marmi Eruditi* Epist. Decima, domus Vrsata Patauij floret antiqua & nobiliss. ac viris Illustribus abbundans, & ex ea præ cæteris orti sunt Reprandinus, Antonius & Gaspar Iuris Consulti & clarissimi legum interpretes. Ioannis verò Vir clarus & insignis à Fridericus III. Imperat. Comes, & Eques creatus, & a Ladislao Vngariæ Rege proprio simbolo serpentis cum aurea Cruce donatus fuit cum verbis, *Quam misericos est Deus iustus, & patiens*, & à Duce Borsio Estense factus fuit Prætor Ferrariæ, prout à dicto Sanct. Pio 2. Co. & Eques confirmatus fuit Anno Dom. 1460. Nostra autem ætate fuerunt Sertorius Eques ludis militaribus valde insignis, & Vrsatus Eques D. Marci in patria conspicuus, cuius filius supradicto Sartorius 2. Vrsatus Eques S. C. creatus Doctorque Philosophiæ, & Medicinæ Metheororumque Gymnasij Interpres, verum etiam poeticis historicis, & antiquitatum Comentariis clarus; cuius filius Sartorius 2. & Ant. Maria Vrsatus Eques S. Michaelis Paduæ viri clari & insignis florent.

Insignia domus Vrsatæ sunt Vrsus aureus in plano cærulco.

Figura eius effigies Lucij Iulij Pauli Iurisconsulti Patauini celeberrimi viri Legum Latoris seu Legislatoris inde sequitur cum Elogio à Cauacia ipsi dicato.

Fi-



L. Iulius Paulu Iurisconsultus , cuius statuam diù Patria coluit , præceptorem habuit Aemilianum Papinianum Iurisconsultum. Floruit sub Alexandro Seuero , à quo adeo dilectus ut ad Præturam consulatum Præfectitiamque Pratorij peruenerit, nec minori familiaritate , nec gratia apud Prinnipem , quam Domitius Vlpinus. Cuius honore ac doctrina par, numero librorum superior fuit. Nam supra tercentum & octo volumina scripsisse constat. De eius morte & sepultura nil aliud habetur.

Patauina Republica hunc suum clarissimum Ciuem meritò semper in maxima veneratione habuit, & ideo super vna ex quatuor maioribus Portis ipsius magni Palatii statuam marmoream ipsi dicauit cum hoc epitaphio videlicet.

Paulus Patauinus Iurisconsultorum Clarissimus huius Vrbis Decus æternum. Alexandri Mameæ temporibus floruit. Ad Præturam Præfecturam, Consulatumque euectus; cuiusque sapientiam tanti fecit Iustinian Imperator ut nulla Ciuilis Iuris particula huius legibus non decoretur. Qui splendore famæ immortalis Oculis posteritatis admirandus insigni Imagine hic merito dicoratur.

Hic maximus Vir ex Gymnasio Patauino vbi publicè Iura docebat ab Alexandro Cæsare euocatus fuit. Gymnasium enim Patauinum cæteris omnibus Europæ antiquitate præstat, nam originis ipsius memoria non extat, priuilegia verò Apost. & Cæsarea nactum fuit, vt infra dicemus.

In aula vero Consilij sub ipsius imagine hæc inscriptio legitur.

Iul. Paul. Pat.

Legum Sanctor ac summus interpres Qui de Papiniani Sacrario totam quam hauserat tramidem ad nostra vsque tempora produxit in æuum quodcunque duraturum, si erunt leges donec homines erit Paulus donec Orbis.

Gentis Iuliæ tria monumenta Patauii habemus descripta à Scardeonio fol. 85. & ab Equite Vrsato fol. 263. de quibus ego etiam egi in meis Arruntiis pag. 86.

IANO PATRI
AVG. SACRVM
C. IVLIVS C. F. SER.
AETOR. AED.
DONATVS AB TIB. CAES.
AVG. F. AVGVSTO TORQVE
MAIORE BELLO DALMATICO OB HONOREM
II. VIRATVS CVM LIBERIS
SVIS POSVIT.

C. IV.

C. IVLII PRISCI
V. A. VI. M. X. D. VIII.
IVLIVS GERMANVS
ARMORVM CVSTOS
ET
VALERIA MARCINE
PARENTES.

TERTVLIAE CONIVG.
QVAE VIXIT
ANNOS XX.
IVLIVS LVPVS
MARITVS FECIT.

Ex istis lapidibus etiam discimus Gentem Iuliam Patauij quoque floruisse, ac Patauinam extitisse; sed etiam quod ex ipsa tres isti viri insignes prodiere.

C.Iulius Aetor C.F.ex Tribu Seruilia Ciuis Patauinus decoratus fuit insigne munere torquis maioris ab Imperatore Tiberio Cæsare Augusto ob honorem Duumuiratus Bello Dalmatico, & cum liberis suis sacrauit monumentum Iano Patri Augusto.

Iulius Germanus Armorum Custos cum Vxore Valeria Marsine monumentum fecerunt C. Iulio Prisco filio suo, qui vixit Ann. vi.M.x. D.viii.

Iulius Lupus Ciuis Patauinus fuit Consul Roman. cum Maximo Anno V.C.984.& Domini 233. fecitque monumentum Tertuliæ Vxori suæ, quæ obiit Ann.xx.

In

In tabula quadrata conſpicitur inde hiſtoria pulcherrima, de qua Strabo loquitur lib. 1. his verbis.

Patauium autem propinquum eſt cunctas eius regionis Vrbes excellens. Nuper quidem in ea cenſi ſunt Quingenti Equeſtris Ordinis viri, antiquis autem annis centum & viginti militum miſiſſe conſtat. Quam verò Ciuitas ipſa, & virorum probitate, & artium bonitate floruerit, magnitudo cum aliarum rerum maximo apparatu Romam miſſarum, tum verò pannorum & veſtimentorum omnifariam mercatura declarat. A mare ſurſum habet nauigationem fluuio per paludes delato CCL. à magno portu, & ad portus autem ipſe eodem quo flauuius nomine vocatur Meduacus.

In Aula Conſilij hæc hiſtoria pariter picta viſitur cum hac memoria.

Cenſos fuiſſe Patauij quingentos Equeſtris Ordinis ſuo tempore Strabo aſſerit, quam Vrbem centum & viginti millia in hoſtem immiſiſſe idem eſt auctor.

Hoſtium thalami maioris inde ſequitur ſuper quo Caius Corlius Augur Patauinus couſpicitur; qui Coronatus cum virga in manibus cœlum aſpiciens & ſydera, obſeruanſque auium voces & volatum; Aſtantibus uiris omnia particularia pugnæ Pharſalicæ in Theſſalia narrauit, quod factum mirandum Plutarcus in vita C. Iulii Cæſaris Imperatoris his verbis deſcribit.

Patauij Caius Cornelius Augurali ſcientia præditus Liuij hiſtorici Conterranens ac familiaris: eo die cum ad captandæ ſediſſet auguria, primum (vt Liuius dicit) pugnæ tempus agnoſcens: iterum ad auguria reuerſus, & ſigna contemplatus, more Lymphati exilijt, Vociferans; Vincis Cæſar. Ea res cum vehementibus aſtantibus ſtuporem inuaſiſſet: ille detractam capiti coronam, non ante repoſiturus adiuratus eſt, quam res arti teſtimonium ſtipularetur.

Aulus Gellius lib. xv. Capit. xviii. de hoc portento, & maximo euentu, ac de hoc inſigni viro ita pariter ſcripſit.

Quo Caius Cæſar, & Gneus Pompeius die, Ciuile bellum ſignis collatis in Theſſalia conflixerunt, res accidit Patauij in Tranſpadana Italia memoria digna, Cornelius quidem Sacerdos, & loco nobilis, & Sacerdotij religionibus venerabundus, & caſtitate vitæ Sanctus; repente mota mente conſpicere ſe procul dixit pugnam accerrimam pugnari, ac deinde alios cedere, alios vrgere, cædem, fugam, tela volantia, inſtaurationem pugnæ, impreſſionem, gemitus, vulnera perinde, ac ſi ipſe in prælio eſſet, & verſaretur, corā videri ſeſe vociferatus eſt: ac poſtea exclamauit, Cæſarem viciſſe. At Cornelij Sacerdotis ariolatio leuis tum quidem viſa eſt, & vecors, magnæ mox

admira-

admirationis fuit. Quod non modo pugnæ dies, quæ in Thessalia pugnata est, neque prælij exitus qui erat prædictus idem fuit, sed omnes quoque pugnandi recipro cæ vices, & ipsa exercituum duorum conflictatio, vaticinantis motu, atque verbis rappresentata est.

Lucanus tandem Poeta clarissimus lib.7. dum loquitur de hac magna pugna hæc carmina cecinit.

Euganeo (si vera fides memorantibus) Augur
Colle sedens, Apponus terris vbi fumiger exit,
Atque Antenorei disperditur vnda Timaui.
Venit summa dies, geritur res maxima, dixit
Impia concurrunt Pompei & Cæsaris arma.
Seu tonitrus, ac tela Iouis præsaga notauit:
Aera seu totum discorde obsistere telo,
Prospexitque polos: seu lumen in ætere mestum,
Solis in obscur o, pugnam pallore notauit.
Dissimilem certe cunctos, quos explicat egit
Thessalicum Matura diem: se cuncta perecto
Augure mens hominum cœli noua signa notascet
Spectari e toto potuit Pharsalia mundo.
O summos hominum quorum fortuna per orbem
Signa dedit, quorum factis, cœlum omne vacauit.
Hæc & apud feras gentes, populosque nepotum,
Siue tua tantum venient in sæcula fama,
Siue aliquid magis nostri quoque cura laboris
Nominibus prodesse potest: cum bella legentur
Spesque, metusq; simul, perituraque vota mouebunt?
Attonitique omnes, veluti venientia facta
Non transmissa legent, & adhuc tibi Magne fauebunt.

De gente Cornelia scriptores mirabilia dicunt, præstantissimam enim omnium gentium & Romæ & Orbis ipsam declarant, prout etiam scribunt floruisse non tantum Romæ, quam alibi in alijs ciuitatibus Italiæ, & præsertim Bononiæ Placentiæ, Parmæ, Cremonæ, & etiam Pataui, quod ex auctoribus, & ex lapidibus discimus; inter quos in villa Daria primus, & in Villa Frassinis secundus videri possunt, & sunt hi sequentes.

CORNELIO L. F.
TRIB. -- ---
C. ANINI VNDAE.

ALBUTIAE CHRESTAE SIBI ET
P. CORNELIO EGLOSO
CONIUGI BENE MERENTI
ET P. CORNELIO ALBUTIO F.
VI. VIRO AUGUSTALI ET
ALBUTIAE SINTICHAE ET
P. CORNELIO PAMPHILO
ET LIBERTIS LIBERTABUSQUE
EIUS.

Cornelius L.F.fuit Tribunus, qui nominatur in lapide primo,& fuit Ciuis Patauinus.

P.Cornelius Eglosus.

P.Cornelius Albutius Sex vir Augustalis &

P.Cornelius Pamphilus Ciues Patauini memorantur in lapide secundo.

In meis Arruntijs memini etiam alterius Caij Cornelij, de quo in Lapide Domus Liuianæ, & Q. Cornelij Decurionis, de quo in lapide Domus Contarenæ Pataüij apud Ecclesiam Cathedralem.

L.Cornelius Seuerus Præfectus Leg.vi.& Sex Vir memoratur in lapide existente in ędibus Comitum Poianę in Ciuitate Vicentina.

Ab hac Gente Cornelia Romana & Patauina nomen habuere nonnulla loca huius nostri territorij, vt Villæ Cornelia & Corneliana, modo Cornolea,& Corneglıana corruptè appellãtur; Pagus Cornelius modo Cornoleo sub oppido Montiniano, & alia. Ex Cornelijs prædictis familia Cornelia Veneta ortum habuit, ex qua adhuc tres Serenifs.Duces,& septem Eminentiss.Cardinales, totq; alij Viri præclarissimi prodiere, vt docui in meo Agamemnone & Piscopia. Sabatini Bononiæ nobiles antiquissimi pariter a Cornelijs orti sunt, qui ab vrbe Romana Bononiam translati ibidem per plura secula mire floruerunt, ac ab ipsis Serenissimæ Familiæ Bembæ, & Mocenica ortum habuere, quæ Venetijs florent, ex prima fuere Ioannes Serenifs. Dux, & Petrus Eminentifs. Cardin. ex secunda vero Thomas, Petrus, Ioannes, & Aloysius Duces Serenifs. & ex ambabus alij Procuratores D. M. Equites, & Senatores amplissimi, & quamplurimi viri pace belloque insignes; ex ipsis Sabatinis pariter familia Zabarella Patauina originem habuit,


vt


infra dicemus cum Cauaccia, Scioppio & aliis viris præclaris.

Harum autem familiarum insignia sunt, Cornelię Clypeus a parte dextera aureus, a sinistra cæruleus.

Bembæ Clypeus cęruleus cum tribus liliis aureis, duobus in parte superiori, & vnus in parte inferiori, in medio autem aureus mons, siue ut Galli dicunt Cheuron Italicæ Scaglione.

Zabarellæ autem Clypeus cæruleus cum sbara siue banda rubea, & septem Stellæ, scilicet duo supra, duo infra, & tres in ipsa sbarra aurei coloris.





Deleta Republica Romana Imperatores vt vidimus sub nomine Principis omnium rerum dominium arripuerunt, vrbs enim ipsa & Ciuitates omnes, ac prouinciæ ipsis parebant, & ab ipsis leges datas venerabantur, quare non est mirum si Patauini, & Veneti omnes etsi non victi nec subacti, sed amoris, & agnationis ergo cum Romanis semper iuncti fuerunt; prout etiam vti Ciues Romani eiusdem Senatus, omniumque honorum Reipub. participes erant, quare ex Patauinis, & ex alijs Ciuitatibus Venetiæ quamplures etiam Consulatum ipsum & Sacerdotia maiora adepti sunt. Vigebant tamen nomina Senatus, & Reipub. quare Imperatores in numis &

decretis addere solebant S. C. ideſt Senatus Conſulto, vt ex his numiſmatibus conſtat.

M. AVRELIO



L. VERO



DOMITIANO



PERTINACE



A Caio Iulio Ceſare perpetuo Dictatore ac Cenſore, pariterque Imperatore Primo vſque ad Conſtantinum Magnum omnes illius ſucceſſores Cæſares appellati, & Imperatores, vſque ad ipſum Conſtantinum Magnum Romæ ſedem ſuam habuerunt, Cōſtantinus verò ipſe Christi fide accepta Vrbem Romam B. Siluestro Papæ libere ceſſit, Biſantioque in Græcia reſtituto, & redintegrato, ibi Romani Imperii tronum tranſtulit, ipſi Vrbi Nouæ Romæ nomine

mine indicto, quæ etiam ab eodem Constantinopolis idest Constantini Ciuitas vocata fuit, illuc inde Senatum Romanum & Cõsulatum transferri iussit, ea lege quod inde, & Romæ Veteri, & Romæ Nouæ Senatus haberetur, Consulesque vnus pro parte elegi debeant. Constantini autem numum hunc argenteum in meo museo seruo, similemque cum aliis in Museo Lazareo inspexi.



Post Constantini obitum eius filii Imperium Romanum in Orientale, & Occidentale diuiserunt; Imperatorum enim Orientalium sedes Roma Noua idest Constantinopolis erat, Occidentalium verò Roma ipsa Vetus, & inde Rauenna.

Tunc autem Patauini, & Veneti omnes ob vicinitatem cum Imperatoribus Occidentalibus fœdus, & coniunctionẽ seruabant, quare euenit etiam quod nonnulli ipsorum ob amœnitatem agri Patauini huc venerunt, & Patauii aliquando moram facientes hic sedem suam habebant, Reggiãq; suam Patauinam Vrbem declararunt, quapropter hic etiam rescripta fecerunt, & ideo leges ab ipsis hic conditæ leguntur; ex quibus certum est, quod in Cadice Theodosiano quatuor hæ leges datæ Patauii fuerunt.

Gratianus Imperat. electo sibi Collega Theodosio Magno Patauium appulsus est, & hic sedit annis Christi 382. & 383. & ideo die 21. Maii in rescripto fecit legem Iterum Codice de inofficioso testamento, & legem Christianorum Codice de Accusationibus die 28. Augusti.

Theodosius Magnus Imperator duos habuit filios Arcadium scilicet, qui præfuit Imperio Orientis, & Honorium qui Occidenti post Valentinianum Iuniorem, Theodosij vero numus argenteus, hic visitur in Museo Lazareo, meoque.



390 Valentinianus Iunior Imperator Occidentis etiam Pata-uij sedit per aliquod tempus, & hic rescriptum fecit ad Maximum Hispaniæ Præfectum die 27. Decembris videlicet legem Qui vel Codice de Apostatis.

394 Honorius verò Imperator Occidentis post Valentinianum Anno Domini 399. Patauii sedens die 28. Augusti rescripsit Appollodoro Proconsuli Affricæ l. quoties C. de Relig.

Ab ipsis legibus itaque Patauij confectis, & datis clare constat Imperatores prædictos hic reggiam suam habuisse, quare Ciuitas Regia Patauium merito vocari potest, & hoc absque suæ libertatis præiuditio; cum metropolitana Ciuitas minime subdita dici potest, & eo magis Patauium, cuius Ciues omnes Ciues Romani erant.

Mortuo Imperatore Honorio, & Constantio ab eo sibi Collega electo successerunt Valentinianus III. & inde Martianus, quibus temporibus quamplurima facta insignia, atque portenta miranda ac metuenda euenerunt.

407 Radagassus Rex potentiss. cum Gepidis, & Turcilingis, ac alijs innumeris barbaris in Italiam transiens incredibilia damna populis obtulit, quare ob metum Patauini alijque Veneti & Itali ad insulas Lacunarum maris Adriatici aufugere cæperunt; audito autem postea Radagassi interritu ad patriam reuersi sunt.

413 Alaricus Rex Gothorum in Italiam descendit, multasque vrbes oppidaq; cæpit, deprædauit & destruit, & sic etiam Patauium maximis detrimentis afflicta fuit; ob quæ populi ad lacunas reuerterunt, vbi etiam & casas, & habitationes commodas construxere, vt ibidem tuti manere possent. Tuncque Riuoalti Insula augeri cæpit. Alaricus vero transactis alpibus Romam aggressus ipsam cępit, & diripuit, qua post dies tres in luctu relicta ad alia magna

gesta

100a

Ga.



cępit, & diripuit, qua ...

gesta



gesta se adduxit, sed paucis annis præteritis obijt, & sub alueo Businti fluuij in Calabria sepultus est. Attaulphus autem Gothorum Rex creatus fuit, qui Romam reuersus ipsam redintegrauit, ibique Vxorem duxit Placidiam Gallam sororem Arcadij & Honorii ac relictam Constantij Imperatorum, quæ sua summa virtute & prudentia causa fuit pacis, & concordiæ inter maritum, & fratres.

418 Ob metum barbarorum perterriti Patauini, & omnes Veneti consilium magnum Pataui j (quæ prouinciæ metropolis erat) habuerunt, in quo actum fuit quid agendum pro salute personarum, & rerum suarum; decretumque fuit Insulam Riuoalti fabricare, & ampliare, & illuc familias, & res suas meliores transferre.


Cuius decreti exemplar ex Archiuio Patauino sumptum Nicolaus Zeno Patritius Venet. in libro suo de Origine barbarorum lingua Italica traductum recenset, hic autem prout stat & viget describere mihi placuit.

Anno Natiuitatis Christi 421. Vlt.

Papæ Innocentij natiuitate patriæ Apponensis Regno Patauiensium enim feliciter & copiose florente, Regentibus Remp. Galliano de Fontana Simone de Glanconibus, & Antonio Caluo de Liuianis *Consulibus. Imperantibus Honorio cum Theodosio filio Arcadij. Decretũ fuit per Consules & Senatum Patauiensem, ac electos popularium ædificare Vrbem circa Riuum altum, & gentes circumstantium insularum congregare. Ibique terram vnam potius, quam plures portualem habere, classem paratam tenere mare perlustrare, & si casus bellorum acciderit, hostiumque pertinacia cogerit securum illic habere refugium, et visa Gothorum multitudine, & insania verebuntur. Recordabantur enim. quod in anno Christi 413. ipsi Gothi cum Rege eorum Alarico venerunt in Italiam & ipsam prouinciam ferro, & igne vastatam reliquerunt, & ad Vrbem processerunt spoliantes eandem. Vnde Patauienses motũ Gothorum iam alias factum, & quod in eo tempore fiebat à parte Australi, & Occidentali metuentes, anno prædicto scilicet 421, die 16. Martij decreuerunt Vrbem portualem, & Reffugialem construere circa ostia fluuij Riui alti, vbi dicitur Riuus Altus, quamque ex collectis multis insulis maris, & lacunarum, & gentibus de Prouincia Venetiæ fecerunt, & voluerunt Venetias appellari, & missis illuc tribus Consulibus qui superessent per biennium dispositioni operis.*

Die 25. Martij principium fundamenti factum fuit circa horam meridiei.

Ga-



Galianus Fontana familiam dictam de Fontana produxit, a qua Cumani hodierni Patauini orti sunt, vt diximus, quorum insignia leo niger in plano albo.

Simon de Glanconibus fuit gentis Corneliæ, atauusque Felicis Corniculę cognominati Magistri Equitum loco Ducis Insularum, & ab eo familia Cornelia Veneta ortum habuit, clypeus aureus & cæruleus.

Antonius Caluus familiam Caluorum siue Calborum produxit qui Venetijs Tribuni Antiqui fuerunt, & ex ea quamplurimi Senatores alijque viri pace belloque insignes orti sunt, quorum clypeus in quatuor partes diuisus aureus & rubeus.

NOMINA CONSVLVM RIVO ALTI.

Albertus Faletrus Thomas Candianus Zeno Daulus.	Consules Riuo alti Pro annos 421. & 422.
Lucianus Ghisi Maximus Lucius Hugo Fuscus.	Consules Riuo alti Pro annos 423. & 424.
Marcus Aurelius Andreas Clodius Albinus Maurus.	Consules Riuo alti Pro annis 425. & 426.


Albertus



Albertus Faletro ortus est gente Asconia antiquissima, & ex ipso Faletra domus descendit vt diximus, quorum clypeus diuisus supra aureus & cæruleus infra argenteus.

Thomas Candianus è sanguine Titi Liuij ortus familiam Sanutam produxit vt vidimus, in cuius clypeo albo est sbara cærulea.

Zeno Daulus è Troia Oriundus fuit frater Seueriani Episcopi Patauini, qui sacrauit Ecclesiam Sancti Iacobi in Insula Riui alti, quæ est omnium Vrbis Venetæ antiquissima. Ex ipso autem ortæ sunt familiæ nobilissimę nempe Dandula Veneta, & Docta Patauina; ex prima quatuor Duces Venetiarum, aliique D. Marci Procuratoris, Milites, & Senatores, virique pace bello insignes; ex secunda vero Milites clari, & Doctores doctissimi orti sunt, Danduli portant clypeum album, & rubeum, Docti pariter sed in quartis diuisum.



Zeno

Lucianus Ghiſi de Gauilis Ghiſiam domum Venetijs fundauit, quæ domina fuit inſulæ Thinæ, & aliarum Maris Aegei, in quorum clypeo rubeo mons albus.

Lucius Maximus è gente Valeria ortus eſt, de qua in libro meo dicto *Li Valerij* locutus ſum; ex hoc ſanguine, nati ſunt Auguſt. & Petrus S.R.E. Cardinales aliique Præſules religioſiſſimi, Bertucius Sereniſs. Dux Venet. cuius filius Silueſter viuit & fulget Senator ampliſſimus Diui Marci Procur. & Eques ſplendidiſſimus; Cuius inſignia aquila ſupra rubea in plano aureo, & infra aurea in plano rubeo.

Hugo Fuſcus Familiæ Fuſculæ originem dediſſe aiunt, ex quo præter alios Excell. D. Leonardus D. M. Proc. fuit ſupremus Dux Claſſis, Dalmatiæ & Inſularum contra Turcas; cuius ſtemma clypeus rubeus cum faſcia ſeu trauerſio alba.




Marcus Aurelius è gente Aurelia Conſulari ortus, ac Imperiali, familiam Contarenam condidit, ex qua Gaſpar Cardinalis, quinque Patriarchæ, alijque Præſules religioſiſſimi, Dominicus, Iacobus, Andreas, Franciſcus, Nicolaus, Carolus, & Dominicus 2. Sereniſs. Duces Venet. cum 45. Proc. D. Marci aliiſque viris præclariſſimis, in clypeo portant ſeptem sbaras 4. aureas, & tres cæruleas.

Andreas Clodius pariter familiam ſuam in Inſulis fundauit.

Albinus Maurus Nobiles Mauros Venetos produxit; ex quibus Sereniſs. Dux Chriſtoforus aliique viri præſtantiſsimi, portant clypeum ſupra album cum tribus fructibus dictis Mauris, & infra diuiſus in ſex sbarris ſiue bandis ceruleis, & albis.

Duo-



Duodecim ipsi præclari Viri Consules post euersionem patriæ, in Insulas familiam suam transtulerunt, & statuerunt.

Per annos quinquaginta in Venetis Chronicis legitur Consules Reipublicæ Venetæ, siue Insularum regimen tenuisse; postea verò Tribuni, & inde Duces creati sunt.

453 Attila flagellum Dei Rex Hunnorum, & aliarum multarum gentium Princeps potentissimus occiso Bleda fratre post bella quamplurima cum Romanis & aliis populis gesta in Italiam transire decreuit primoque Aquileiam obsedit, diruitque ac solo equauit, quod & inde fecit Ciuitatibus Concordiæ, Altini, Opitergij, Patauij, Vicentiæ, Atestis, & aliarum huius regionis, inde transactis Alpibus, aliisque Ciuitatibus oppidisque afflictis & depredatis Romam versus iter sumpsit, sed ipsi obuiam factus S. Leo I. Pontif. Max. pontificio habitu indutus, ipsi præcepit oculis toruis, & verbis minantibus, quod statim discedere debeat sub formidine vitę, quibus auditis illico barbarus ille timore plenus statim retrocessit, & in Hungariam rediit, dicens quod dum Sanctus ille Vir loquebatur duo venerandi Senes apud ipsum erant, & ostendebant se ipsum negantem illico interficere, & si statim non reddiisset in regionem suam, erant enim vt ferebatur Sancti Apostoli Petrus, & & Paulus, qui Vrbem suam ab eo tutam esse voluerunt. Attila verò cum in vngariam peruenisset nuptias contraxit, sed cum in ipsis nimis Venere, Cerere, & Bacho indulsisset ob sanguinis fluxionem mortuus est.

His ruinis itaque populi perterriti iterum ad lacunas fugierunt, & eo magis obseruantes, quod ob Attilæ mortem eorum ærumnæ non defecerant, Alani enim Herculi, Turcilinghi, Gothi, Hunniq;

& alii barbari venientes in Italiam, iter transitumque faciebant per territoria Fori Iulij, Taruisij, Patauijque, ita quod Forum Iulij Italiæ hostium vocari poterat; quare populi huius continentis eo magis Insulas incolebant, & fabricis augebant, Patauium itaque ab Attila Hunnorum Rege obsessum, indeque captum, ferroque & igne vastatum, & deformatum, ita immunitum & diruptum mãsit.

476 Odouacer Rex Herulorum Rex Italiæ factus ipsam tenuit quo ad à Theodorico Gotho victus & occisus fuit.

493 Theodoricus Gothorum Rex à Zenone Imperatore Italiæ Rex creatus, indeque Italico Regno potitus, vocatis populis Ciuitatum ipsis permisit, iussitque omnibus patriæ suæ redintegrationem, inter quos Patauium citò restitutum est mollo foueis plancisque circumdatum, prout etiam Aponi fons & balnei in spetiosissimam formam redacti fuere. Sed hoc aureum planè sæculum cum Theodorici vita defecit; post annos autem 32. populi ad pessimum statum iterum redacti sunt, sed quia Theodoricus desiderio flagrabat omnia insigniora vrbium restituere placet hic addere Epistolam Cassiadori, quam iussu Theodorici scripsit ad Aloysium Architectum pro thermarum Aponi instauratione.



Theo-

Theodoricus Ostrogothorum Rex

Aloysio Architecto, S.

SI audita veterum miracula ad laudem nostræ clementiæ volumus continere (quoniam augumenta regalis gloriæ sunt, quum sub nobis nulla decrescunt) quo studio conuenit reparari, quod etiã nostris oculis frequenter constat offerri? Delectat enim saluti-feri APONI meminisse potentiam, vt intelligas quo desiderio cupiamus re-ficere, quod de memoria nostra nescit exire. Cæruleum fontem vidimus in formam dolij concauis hiatibus æstuantem, & fornaces anhelantium aqua-rum circumducto tereti labio, naturæ probabili dispositione coronatas. quæ licet, more calidarum nebulosos vapores exhalent, hanc tandem iucundam perspicuitatem aspectibus humanis aperiunt, vt quiuis hominum illam gratiã desideret contingere, etiã quum non ignotet ardere. Ore plenissimo, in sphæ-ræ similitudinem, supra terminos suos aquarum dorsa turgescunt, Vnde latex tanta quiete defluit, tanta quasi stabilitate decurrit, vt eum non putes cre-scere; nisi quia inde aliquid rauco murmure sentis exire, Veniunt aquæ per algentes meatus tali feruore succensæ, vt post recurua spatia, quæ arte fa-cta sunt longiora, in tepotes sint maxime rediture. O magistri mirandum semper ingeñium, qui naturæ furentis ardores ita ad vtilitatẽ humani corpo-ris temperarit, vt quod in origine dare poterat mortem, doctissime modera-tum, & delectationem tribueret, & salutem. Iuuat videre secretum, latices vapores igneos exhalantes, amicum vndis indesinenter ardorem & calorem venire decursu riui, vnde naturaliter solebat extingui. Merito dicunt Phi-losophi elementa sibi mutuis complexibus illigari, & mirabili confæderatio-ne coniungi, quæ inter se contraria intelliguntur varietate pugnare. Ecce madentem substantiam vapores producere constat ignitos, quæ mox ut ad thermarum ædificia decora peruenerit, illis a cautibus vnda descendens, & aerea sua qualitate succendit, & tactu fit habilis, quum recepta fuerit in lauacris. vnde non tantum delitiosa voluptas acquiritur quantum blanda medicina confertur; scilicet sine tormento cura, sine horrore remedia, sani-tas inempta, balnea contra diuersos dolores corporis attributa, quæ ideo APONON græca lingua, Benefica nominauit antiquitas, vt causam tanti remedij æger cognosceret, cum de tali nomine dubium non haberet, sed inter alia loci ipsius bona illud quoque stupendum esse didicimus, quod vna fluen-torum natura diuersis ministerijs videtur accommoda. nam protinus saxo su-scipiente collisa inhalat primæ cellulæ sudatoriam qualitatem, deinde in

solium mitigata descendens, minaci ardore deposito suaui temperatione mollescit. mox in vicinum producta, cum aliqua dilatione torpuerit, multo blandius intepescit, postremo ipso quoque tepore derelicto, in piscinam Neronianam frigida tantum efficitur, quantum prius ferbuisse sentitur. non immerito auctoris sui participans nomen collega est cum viriditate gemmarum. vt ipso quoque vitrei elementi colore perspicua quasdam trementes vndas quieta commoueat. sed ut ipsum quoque lauacrum mundius redderetur, stupenda quadam coutinentiæ disciplina, in vndam, qua viri recreantur; Si mulier descendat, incenditur, propterea quod ipsis altera exhibitio decora collata est, scilicet ne ardentium aquarum fœcundissimus locus crederetur non habuisse, vnde plurima largiretur, si vterque sexus vno munere communiter vteretur. hæc perennitas aquarum intelligendi præstat indicium, per igneas terræ venas occultis meatibus, influentem interius in auras erumpere excocti fontis irriguam puritatem. nam si naturæ fuisse illud incendium, sine interitu substantiæ non fuisset amissum, sed aquæ materia sensibilis, sicut peregrinum contraxit ignem sic iterum natiuum facilè repetit algorem præstat & aliud adiutorij genus vis illa medicabilis. nam iuxta caput fontis scintillosi, quendam sibi meatum prouida natura formauit. hinc desuper sella composita, quæ humanis necessitatibus in absidis speciem perforatur, ægros suscipit interno humore defluentes. Vbi dum fessi nimio languore consederint, vaporis illius delectatione recreati, & lassa viscera reficiunt & humores noxia infusione laxatos. vitali ariditate constringunt, vt quasi aliquo desiderabili cibo refecti, valentiores queant protinus inueniri. Sic medicabili substantiæ venit à sulphure, quod calet, a salsedine quod desiccat. Talia posteris non tradere hoc est grauiter in longam ætatem peccare, quapropter antiqua illic ædificiorum soliditas innouetur. Vt siue in thermis, siue in cuniculis fuerit aliquid reparandum, te debeat imminente reconstrui. Virgulta quoque noxia importunitate nascentia euulsis cespitibus auferantur. ne radicum quidam capilli paulatim turgentes fabricarum visceribus inserantur, & parietes more vipereo prolem sibi fœcunditate contraria nutriant, vnde compago casura disrumpat. Palatium quoque longa senectute quassatum, reparatione assidua cœrrobora. Spatium, quod inter ædem publicam & caput igniti fontis interiacet syluestri asperitate depurga. rideat florenti germine facias decora camporum, quæ etiam ardentis aquæ fertilitate lætatur. miroque modo dum proximè salem generat sterilem, nutriat pariter & virores, sed non his tantum beneficijs Antenorea terra fœcunda est: infert & alia, quæ multo grandius obstupescas. Corda illa (vt ita dixerim) montium in vicem secretarij negocia contentiosa distinguunt. nam si quis forte pecus furatum pilis natiuis solito more spoliare præsumpserit, vadis ardentibus

tibus

tibus frequenter immersum, necesse est, vt antea decoquant, quam emundare præualeat. O vere secretarium iure reuerendum. quando in his aquis non solum sensum, sed etiam verum constat esse iudicium. & quod humana nequit altercatione dissolui, fontium datum est æquitate definiri. Loquitur illic tacita natura, dum indicat, & sententiam quodam modo dicit, quæ perfidiam negantis excludit. Sed quis ista conseruare negligat, quamuis plurima tenacitate sordescat? Siquidem ornat regnum, quod fuerit singulariter toto orbe nominatum, & ideo pecunia, quæ tibi data est, si opus non poterit implere susceptum, quantum adhuc expendendum esse credideris, missis nobis breuibus, indicabis. Quia non grauamur expendere, vt tanta videamur ruris amœna custodire. Vale.

535 Belisarius Dux Clarissimus Iustiniani Imperatoris in Italia Gothos vicit, & valde afflixit.

538 Totilas Taruisinus hic enim natus erat & sedem habebat Taruisij, fuit Rex Gothorum bellicosissimus, post bella quamplurima contra Romanos, noscens quod præ cunctis Italiæ Ciuitatibus, & præsertim huius prouinciç Patauium Iustiniani Imperatoris partes acriter sequebatur, totisque viribus suis audaciter fauebat; hoc egre ferens, statuit urbem ipsam diuertere; illudque ex improuiso summa vi obsedit; cæpit ac tandem diruit. Verum post modicū tempus Narses Eunuchus successor Bellisarij inuictissimi Ducis Imperatoris Iustiniani, & ipse etiam Dux clarus eiusdem Imperatoris victo Rege Totila Romanas res restituit, ac Rauenatum opera Patauinam Vrbem ad pristinum statum redegit, itaut Ciuitatis magnæ formam iterum habuit.

558 Ioannes Episcopus Patauinus interim sedem suam in Mathimauci Insulam transtulerat, vbi etiam Cathedral. Ecclesi. construit, sed cum postea locus iste a mare, magnopere offendi videretur, hanc eandem sedem ad Fossam Clodiam oppidum translatam ferunt.

560 Fl. Narses Dux Imp. Gothos vicit, & destruit, ac Italiam pro Imperio rexit.

568 Patauini more solito iterum Imperii partibus fauentes, Longobardis in Italiam ingressis obsistunt, eleuatisque rubeis vexillis cum aquila aurea Imperiali Constant. omnia pro Græco Imperatore agebant.

Narses



Narses ille Clarissimus Dux cum a Sophia Imperatrice maximã offensam habuisset, vocauit in Italiam ex Hungaria Alboinum Regem Longobardorum, qui ideo pulsis Romanorum præsidiis multas Imperat. Vrbes subegit, Teruisiumq; Marchionatum fecit.

Agilulphus Longobardorum Rex clarissimus egre ferens, quod Patauium Romanas partes sequeretur, nec sufferre volens hanc nimiam audaciam; ipsum expugnare decreuit; quare ex improuiso hoc non putantibus Patauinis vrbem aggressus, obsidione cinxit, & cum noua Ciuitas esset & fere tota ex ligneis fabricis, emissis sagitis igne munitis occasione magni ventus spirantis, vrbs tota combusta est antequam remedium fieri posit. Quamobrem Ciues omnes cum vxoribus, filiis, rebusque suis ad insulas se receperunt & contulere, & ita per annos quamplurimos Patauium iacuit, nec amplius restitui potuit, quoad regnum Longobardorum viguit; sed reuertamur vnde delcessimus.

569 Fl. Longinus post Narsetem fuit Exarchus Rauennæ Primus, & Vicarius Imperialis in Italia, cui alii xv. successerunt, qui iura Imperii sustinebant, & fideles deffendebant, sed Anno Domini 744. Rauenna à Longobardis capta fuit & ita Exarcatus extinctus est; Ita quod Reges Longobardorum Italia Domini permanserũt. Sed quia maxima damna attulerunt Imperij fidelibus, & præsertim Romanis Pontificibus, Pipinus Rex Galliæ vocatus à Sum. Pont. venit contra Longobardos eosque vicit, & subiugauit; sed ipso mortuo

mortuo Desiderius ipsorum Rex peiora prioribus fecit, quare Adrianus Papa in Italiam vocauit Carolum Magnum Pipini Filium Francorum Regem.

774 Carolus Magnus Francorum Rex Italiam ingressus vicit cæpitque Desiderium Regem Longobardorum, totamque Italiam e manibus ipsorum eripuit eorumque regnum penitus deleuit. Indeque Ciuitates Italiæ restitui curauit, inter quos Patauium redintegratum fuit, ipsi sede Episcopali restituta, iureque Gymnasij publici, quod ob ruinas barbarorum defecerat.

800 Die Natalis D.N.I.C. Carolus Magnus Romæ à Leone 3. Pont. Max. acclamante vniuerso Populo Romano creatus fuit Imperator Romanus Occidentalis, & illico cum Nicephoro Imperatore Orientali pacem, & concordiam fecit, qua declaratum est, (Venetis cum Insulis suis in sua libertate manentibus) quod Italia diuidatur, esseque debeant sub Orientali Imperio Regnum Neapolitanum & Insulæ maris Mediterranei, & sub Occidentali Longobardia, & aliæ prouinciæ cis Apeninum excepto Exarcatu cum Vrbe Romana Summo Pontifice referuatis. Carolus autem post adeptum Imperiū confirmauit omnia priuilegia Ciuitatibus Italiæ ab eo, & alijs Imperatoribus concessis, & præsertim Patauinis cum Gymnasij publici iure, quare hic merito ipsius numisma mihi addere debitum putaui.



Obijt autem ipsi Carolus Magnus Anno Domini 814. successitque in Imperio & regnis Italiæ, Galliæ, & Germaniæ Ludouicus Pius eius filius, post quem filij ad diuisionem venientes Lotharius fuit Imperator & Rex Lotharingiæ, & Carolus dictus Caluus Rex Italiæ, & Ludouicus Iunior Rex Germaniæ, Lothario Imperatori suc-

successit filius Ludouicus secundus; quo sine prole mortuo Carolus Caluus prædictus Rex Galliæ creatus fuit Imperator, & ab Episcopis Italiæ confirmatus, vt scribit Iacobus Sermundus in libro qui inscribitur Caroli Calui & successorum Franciç regum Capitula pag.407. Anno Domini 876.

Electio Caroli Imperatoris ab Italici Regni Episcopis, & cæteris confirmata.

Gloriosissimo, & à Deo coronato magno & pacifico Imperatori Domino nostro Karolo perpetuo Augusto.

Nos quidem Episcopi Abbates, Comites, ac reliqui, qui nobiscum conuenerũt Italici Regni Optimates quorum nomina generaliter subter habentur inserta, perpetuam optant prosperitatem, & pacem, &c.

& subscripserunt illi qui in Italiam adfuerunt.

Aspertus Sanctæ Mediol. Ecclesiæ Archiepisc. subscripsi.

Benedictus Cremonensis Episcopus subscripsi.

Sabatinus Ianuensis Episcopus subscripsi.

Adelardus Seruus Seruorum Dei Veronen. Episc. subscripsi.

Signa Comitum multorum Italiæ Anno Domini 876.

Numisma Caroli est istud.



Hęc addere optimum fore putaui, ut quisque sciat olim Imperatoris ab Episcopis, & Optimatibus Italiæ creatos, & confirmatos fuisse.

Ciuitas Patauina interim, & postea ad statum magnum & insigne deueuit sub Occidentalium Imperatorẽ protectione, prout ipsius Resp. sub Imperio Othonum, Berengariorum, Conradi & aliorum magnas vires & augumentum acquisiuit.

Hoc

Hoc tempore Petrus Lascier Nob. Pariginus Patauium appulsus viduam nubilem Lazaram nuncupatam vxorem duxit ex Dominis Consiluarum , quare ab ipsa filij de Lazara cognominati fuerunt, & ex hac familia quamplurimi viri clarissimi prodiere litteris, & armis insignes , prout hodie florent Co. Nicolaus Eques S. Michaelis, & Co. Paludis, ac Co. Ioannes ipsius filius Eques S. Stephani Vir miræ virtutis, & cognitionis numismatum, & rerum antiquarum, qui museum habet longe ditissimum , vbi hæc omnia numismata inspiciuntur : Insignia verò propria huius familiæ sunt due alæ, prima cærulea a parte dextera in plano aureo, & altera aurea in plano cæruleo a parte sinistra .

1048 Henricus III. Imper. per nonnullos annos Pataui sedem habuit, tuncque Bernardo Maltrauerso Episc. Pat. liberè concessit ius cudendi monetam , condendique castella cum turribus & propugnaculis, construendi molendina, & alia regia munera quælibet exercendi .



Henricus IV. ipsius filius etiam per multos annos Pataui sedit, mansitque cum Vxore Bertha , ac suasu Milonis sui consanguinei Episc. Patauini priscam libertatem Reip. Patauinæ restitui voluit cum vsu Corrocij, vt infra etiam dicemus: Episcopatum construxit eiusque redditum ac D. Iustinæ auxit ditauitq; & Aquilam nigram Imperialem in plano aureo vrbi concessit .

P Quare



Quare nunc temporis monetæ aureæ & argenteæ factæ fuerunt cum aquila ab vna parte & Litterę *Padua Regia* & ab alia cum cruce magna & Litteræ *Ciuitas* in parte verò inferiori cernitur clypeolus cum vno tantum trauersio, prout Comites Marsorum gerunt & aliæ familiæ nobiles diuersarum Ciuitatum, harum autem vnam argenteam ipse seruo in meo Museo, & est ista: & in Museo Lazareo aliæ inueniuntur.



His temporibus sacrū bellum erat in Syria, ad quod quamplurimi Itali se contulere, sed pręsertim Patauini, quorum Ductores Ricardus de Forzate, & Sinardus de Ardengis extiterunt.

Tiberius Sabatinus autem 200. milites Bonon. sub suo vexillo etiam in Orientem transtulit vbi contra Turcas multa egit facinora Anno Domini 1101.

1172 Fridericus I. Ænobarbus habuit maxima bellla contra Vrbes Italiæ fœderatas, quarum vna Patauina extitit; tandem Constantiæ maxima solēnitate pax facta fuit, quæ adhuc in libris Legalibus ac in extrauagantibus continetur sub titulo De Pace Constātiæ, in qua pro Pat Rep. Legati fuerunt Bugilesius Fontaniua, Panuxellus Iudex, Azoeus Taucus, & Gnanphus Cauaccia; mansitque Vrbs Patauina in sua libertate per annos quamplurimos.

1218.1219. Factū fuit Palatiū magnū Patauii, cuius forma hæc est

1220 Fi.



PRAETORIVM PATAVINVM
Constructum Anno 1215.

1220 Finitimæ Vrbes Patauij magnitudine motæ, sub ipsiū potestate sponte deuenire voluerunt, petieruntque Ciuitati Patauinæ donari, & præcipuè Aquileia Bortholdi sui Patriarchę intuitu facta fuit Patauini Iuris, atque sex ædes Patauii Ciuibus Aquileiæ ad habitādum concessæ sunt, sex etenim ex eiusdem Vrbis familiæ sorte tractæ Patauium se transferre, nostramque Vrbem incolere debebant, onera etiam Vrbis subituræ; Quare adhuc Patau. apud S. Petrum Vicus est cui nomen Patriarcatus. Bellunum, Feltre, Sacillum, Ceneta, Coneglanum, Bassanum, ac inde Taruisium, Vincentia, & Tridentum idem fecere, quare omnibus ipsis locis Ciuis Patauinus Prætor prẹerat.

P 2 1231 San-

1231 Sanctus Antonius Confess. Patau. venerat, postque maximos labores, vt pax inter Patauinos proceresque Marchię Taruisinæ componeret, Deus ipsum vocauit in Cœlum die 13. Iunii.

1237 Acciolinus Pataujum intrauit & nomine Friderici II. Imperatoris ipsius dominium accepit.

1239 Frider. II. Imp. cum magna solemnitate Pataujum ingressus per menses duos in Monasterio Sanctæ Iustinæ hospitatus est, nonnullaque hoc tempore gessit, quæ in libris Rolandini, Vngarelli, Gerardi, & aliorum leguntur: sed præsertim ut pax inter domos Atestinam & de Romano permanere possit, Aledeidam filiã Alberici de Romano fratris Acciolini matrimonio iunxit Rainaldo filio Azonis Marchionis Atestini, ambosque inde illico obsides in Apuliam misit & cum ipsis etiam Ioannem de Zabarellis, Aylum de Compagno, Iacobum de Arcellis, & Bartholomeum de Vitalianis, ex quibus familiæ Zab. Arcella, de Compagno, & Vitaliana in Regno Neapolitano inde florentes orta sunt, & inter Regni Feudatarios connumerantur. Hinc Imper. discessit, & Taruisium versus properauit; sed audita Vrbis illius defectione, Patauium reuersus est, & ex Imperiali gratia donauit Vrbi Patauinæ Taruisium, Castrum francum, & omnia territoria a flumine Sileris versus Patauium vsque ad mare, quod priuilegium aurea bulla munitum Potestati Patauino tradidit. Insuper Imperator Fridericus cum antea decreuisset quod sublato Bononiæ Gymnasij iure Patauium transferri debeat, inter publica acta & sua rescripta hoc decretum scribatur, ita quod huius medio traslatum intelligatur Patauium ius Gymnasi publici Bononiensis cum omnibus suis priuilegijs & prærogatiuis. Hæc autem non fuit Gymnasij nostri origo, sed confirmatio & comprobatio, quæ inde auctoritate Pontificum, & aliorum Imper. aucta, & stabilita fuit.

His autem peractis Imper. in Germaniam reuersus est, relicto Acciolino Vic. Imperiale Pataui & Marchiæ Taruisinæ, qui ideo vsque ad annus 1256. Vrbem nostram sæuissima tyrannide afflixit, diruitque ita quod extincta nobilitatis maiori parte, Ciuitas hæc deformis, & exanimata videbatur.

1256 Azo Marchio Atestinus cum alijs exulibus Patauinis à Summo Pontifice obtinuerunt, ut sub signaculo & vexillo Crucis Leg. Apost. magno exercitu Serenis. Ven. Repub. auxilium ferente ad liberationem Pataujj properaret; quare Exules ipsi cum gentibus Venetorum, Bononiensium, Ferrariensium, & Mantuanorũ

Pata-

Patauium occuparunt, & inde victoriam sequendo omnes alias Ciuitates ab Acciolini tirannide liberarunt, cum morte eiusdem



1231 Sanctus Antonius Confess. Patau. venerat, postque ma-

TEMPLVM DIVI ANTONII



Patauium occuparunt, & inde victoriam sequendo omnes alias Ciuitates ab Acciolini tirannide liberarunt, cum morte eiusdem Acciolini, & Alberici fratris, & totius familiæ pessimæ de Onoria siue de Romano internecione.

1260 Patauium recuperatis viribus, & auctoritate, iterum finitimarum vrbium dominium acquisiuit, tenuitq; vsque ad annum 1311. quo ipsis à Cane Scaligero Vicentia sublata fuit.

1260 Translatio Corporis Sancti Antonii in octaua Paschatis facta fuit in sua Ecclesia cuius facies hæc est.



1266 Vi-

1266 Vicentini dederunt patriam Vincentiam Communi Paduæ cum toto suo territorio, & iurisditione, quare inde Prætores Patauini regimen Vincentiæ habuerunt.

1278 Tridenti Ciuitas annuente Episcopo & Principe suo Patauinis se dedit & submisit.

1280 Patauini acquisiuerunt dominium Lendenariæ, & sui territurij cum sua iurisdictione ab Antonio, & Ricciardo de Cataneis, & à Nobili Baduario de Venetiis, qui ius habebat pro D. Amabilia vxore sua. Ex Cataneis modo floret Co: Nouellus I.V.D. & Assess. Primarius cum Iacobo filio I.V.D. & Equiti, & alijs filiis dignis. ex quibus fuit etiam Gaspar I.C. Abb. Canon. Veron. & Episc. Polēsis. Portant clypeum supra cum varia pelle, & infra rubeum.



1262 R.D. Bernardus Abbas S. Mariæ de Vangadicia cum suis Monacis dedit Castrum Abbatiæ cum suo Monasterio, terris, villis & toto territorio sub dominio & iurisditione Communis, & Ciuitatis Paduæ, cum hoc quod Ciues illius terræ sint & esse debeant Ciues Paduæ.

1294 D. Azzo, & D. Franceschinus fratres Marchiones Estenses, & Ferrariæ dederunt & cesserunt Com. Paduæ omnia iura & iurisdictiones quæ, & quantas habebāt in Castris Abbatiæ, Lēdenariæ, Rodigij, Lusiæ, Venezæ, & Barbulei, cū suis Curiis, & quodcumque habebant in regione Policinij, quod confirmatum fuit etiam inde Anno Dom MCCCVI.

1311 Vicentini Canis Scaligeri perfidia decepti Prætorem Patauinum dimiserunt, & libertatem patriæ acquirere putantes, in malam Canis seruitutem inciderunt; Vnde cum Patauis bellum acre natum est, quod ob aduentum Henric. 7. Imperatoris finitum est; sed paulo post ipsius morte audita iterum ad arma vtraque pars deuenit, multaque prælia euenerunt.

Ioannes

Ioannes Cauaccia postquam de rebus antiquis iam egit, ac de Viris illustribus æui transacti, ad recentiora deuenit; à Petro Apponensi itaque viro doctiss. incipit, sub cuius figura hoc elogium condidit.



PETRVS APONENSIS PHILOSOPH. ET MEDICVS PATAVINVS

fran.co bertelli

Petrus Apponus in Philosophiæ Medicinæque studijs tantum profecit, & ipsarum scientiarum traditiones in quibus discrepare videbantur, sublatis discordijs Concordes reddiderit; Vnde Conciliatoris cognomen sibi vindicauit. In Græciam a Ciuibus missus, litteris Græcis operam dedit & primus ex recentioribus illas transtulit in Italiam. Fuit & Astrologiæ adeo peritissimus. vt vsque in magiæ suspitionem incideret. Aristotelis problemata ausus est interpretare ante ipsum nemo. Edidit & alia præclara, quæ in manibus sunt studiosorum. Falsis criminibus hæresis postulatus, vindicatusque fuit. Sepulcrum tanti viri fere ignotum humi est in templo Diui Augustini prope limex maioris portæ.

Patria

Patria magni faciens merito virum hunc, memoriam ipsius colit, & ne iniuria posterum perire posset, super vna ex quatuor portis sui magni palatii, ad eius memoriam, effigiem fieri iussit cum hoc elogio.

Petrus Apponius Patauinus Philosophiæ, Medicinæque scientissimus, ob id Conciliatoris cognomen adeptus; Astrologiæ vero adeo peritus, vt in magię suspicionem inciderit, falsoque de hæresi postulatus absolutus est.

Testamentum verum condidit A. D. 1315. Die 20. Maii in rogationibus Gerardi q. Fineti de Abbano Not. Patauini. In quo reliquit ad pias causas nonnulla legata, ac pro missis dicendis, aliaq; hæredes D. Iacobũ de Carraria & Conradum de Viguntia reliquit, ac tandem declarat se esse & mori velle in fide Catholica Romana.



Albertinus cui à Musis, Mussatus fuit cogtomen in ludis litterarijs secundi præceptores officio fungens, primam exercuit inuentam: procedente tempore ad Poeticam Historicam, & Oratoriam artes se contulit. Poeticam carmine Heroico de Obsidione & Bello Canis Scalligeri ad Patauium, alijsque Carminibus & tragedia Eccelini Tiranni illustrauit. Historicam factis domi belloque Henrici Imperat. vij. Orator Mediolanum à Ciuibus missus iram Henrici Imperatoris patriæ infectam pacatum reddidit. Florentiam Pretura rexit, Fæderis percussi inter Patauiuos & Catulum Scaligerum auctor. Ab Alberto Saxonie Duce Gymnasij Patauini Rectore coronã Lauream dono accepit; ad huius viri laudes meritò quæsitas Patauij ex Senatus Consulto decretum longo tempore mansit, vt singulis annis die Natali Christi omnes vtriusque Collegij Doctores cum suis fanalibus cereis more pompæ sacrorum accederint salutatum ad eius ædes. Is potentiam principis Carrariensis non æquo animo ferens, Clodiam secessit, vbi supremum diem obijt, sepultusque in maiori æde.

Domus hæc nobilis, & insignis Patauii floret antiquitate, & viris pace belloq; insignibus conspicua, fuerunt enim ex ea Gualpertinus Abbas S. Iustinę, Thimotheus I.C. Proth. Apost. & Canon. S. Petri Romæ, aliique Milites, & Doctores extiterunt, sed præsertim etsi mortuus viuit Galeatius I.V.D. Canon. & Archipresb. Cathed. Patauini, ac Sede Vacante Vicarius Generalis dignissimus.

Insignia huius familiæ Asinus cæruleus in plano aureo.

In pariete proxima in tabula quadrata picta conspicitur historia de Obsidione Domini Canis Grandis de Verona circa mœnia Paduanæ Ciuitatis, & conflictu eius; Ex Poemate historico Albertini Musati, & ex Chronicis Vrbis lib. ix. vbi ita incipit.

Inuictum Populum, formidatumq; per omnem
Italiam Clio quouis soror Inclita cantu
Ede virum, nec te non æqua voce sequentem
Dedignare Chelyn. Sacrorum tempora Vatum
Præteriere, modis nunc nostra minoribus ætas
Admittit tenerum leni modulamine carmen.
Te prodente canam sæclo memoranda perenni.
Prælia, quæ Patauæ magnus Canis intulit Vrbi
Virtutem obsessi populi, durosque labores:
Germanaq; acies, & pulsum mœnibus Hostem.

Narrat inde Vates acta hinc inter Patauinos, & gentem Canis libro eodem 9. 10. & 11. & conflictum Veronensium, & Gallorum & tandem quod omnino Canis pulsus inde fuit, & in fine libri 11. terminat hanc Patauinorum victoriam, destructionem Castri a Cane prope vrbem conditum, & eius fugam his carminibus.


Vlricus sublata Canis vestigia linquius,
Infrendens ira minima quod tardior hora,
Ocyus implicitum non circumuenerit hostem
Obtruncat profugos, quos inuenit obuius omnes.
Diffusa de parte Canis nonnullos ab altis
Elapsus ripis mortem sibi legit in vndis,
Sparsa Canis Campis acies diffunditur omnis
Nec prędæ, cædeue modus. Paduaaa per agros
Plebs infesta fuit nullo satiata cruore:
Diripit obiectos, nudataque corpora truncat.
Panditur hic, peperit quod longa iniuria, crimen,
Dimittitque suos inferna ad Tartara Manes.
Dum gladijs edempta ruens Canis hala propinquum

Effugit in Castrum Patauis immixta caterуis
Namque patens Castrum, portisque effusus apertis
Conflictu in tanto Custos effugerat omnis.
Sed subito diuulsa fugit Gens hostica Castro,
Et Vicentinas lacero petit agmina terras.
O hominum mendax, & inanis opinio? Nunquam
Quod cupit assequitur, nisi dextro Numine quisquam.
Castrum excelsum ingens atque expugnabile nunquam
Viribus humanis vna vanesset in hora.
Linquitur infessum. Canis ipse satisque superque
Perderes, dum fugeres, contentus abisti?
Quis numeret pinguis, prædas effusaque campis
Arma, & Equos, fuluis & rura micantia sillis?
Quasque Canis thalamo seruabant scrinia gazas,
Insutasque auro vestis, Zonasque thorasque
Plebs rapit. O mirum auditu Paulo ante superbæ
Vertitur in nihilum magni Canis Insula Scalæ.
At cadit Oceano dum sol redit omnis in Vrbem
Victor, & opiante, dudum dat membra quieti.
Ast matutinis tribuit cum Lucifer ortus,
Atque oriens Mundo dispersit lumina Titan,
Visuntur prædæ, captiuorumq; caterуæ
Cornipedumq; greges, & Martis dona fauentis.
Vota Deo soluunt, & summo brachia Cœlo
Tendunt, ac longis cingunt altaria ceris.
Vocibus acclamant Fridericum viuere Regem
Augustum, & magnæ rostris considere Romæ.

Vltimo loco illius parietis apud finestras versus ortum publicam viam prospicientes, visitur figura Alberti Heremitani Philosophi, & Theologi Patauini doctissimi cum hoc elogio.

Albertus Augustinianus Eremitanę Religionis Patauinæ Sacris initiatus, ex quibus parentibus ignoratur, & post rudimenta Grammaticæ, & Logicæ ad Philosophiam, & Metaphisicam, deinde Theologiam se contulit, & Lutetiæ Pariosiorum scientias illas publicè professus est, quibus tantum profecit, vt super Moysis Penthateucum quinque ediderat volumina, quatuordecim super Epistolas S. Pauli: super Euangelia quatuor, sermonum tria, & alia, & primus concionandi ritus instituit. Excessit Lutitiæ anno a Christi natali MCCCXXIII. 3. non. Aprilis Aetatis XLVI.

Patria




Patria ad tanti viri memoriam super vna ex quatuor portis magni sui palatii marmoream statuam poni iussit cum hac insigni inscriptione & elogio.

Albertus Patauinus Heremitanæ religionis splendor continentissimæ vitæ, sumpta Patauij Insula magistrali, in Theologia tantum proficit, vt Paulum, Moysem, Euangelia, & alios libros sententiarum exposuerit. Iucundissimus ea ætate concionator immortali memoria optimo iure datur.

Fenestræ sequuntur in pariete meridionali versus viam publicam; in capite Aulæ, & super ipsas fenestras imagines diuersorum virorum familiæ Zabarellæ iuxta arborem & genealogiam huius familiæ conspiuntur.

Patauina Ciuitas tunc diuisa erat, nam alii Gibellini, alii Guelphi dicebātur, Gibellini Cani Scalligero adherebant, Guelphi vero Cani aduersabantur, & ideo cum Ciuitatis maior pars secum esset Iacobum Grandem de Carraria Dictatorem elegerunt, quo audito Canis paci annuit, mortuo autem ipso Iacobo iterum ad arma, & bellum omnes reuersi sunt, Canisq; ad obsidionem Paduæ venit, quæ historia hic in pariete picta cōspicitur, de qua Musatus scripsit ut supra vidimus; Marsilius de Carraria patriā deffēdebat, Nicolaus verò de Carraria territorij Dominus cum Cane contra ipsum pugnabat, quare Marsilius coactus, ne peiora euenerint; Tadeam Iacobi Grandis filiam matrimonio iunxit Mastino Scalligero Canis nepoti Patauio ipsi nomine dotis tradito; Quare per annos nouem Scalligeri Patauij regimen habuerunt, quo tempore sepulcrum Antenoris Vrbis conditoris apertum est, in quo ensis inuentus est, quem Albertus Scalliger Vrbis Rector ab equite armato ante se ferre consueuit.

A parte autem Occidentis apud fenestras alter paries incipit, & primo loco conspicitur effigies Pauli Zabarellæ pariter eiusdem ordinis & Religionis Eremitanę, vt erat Albertus, ideo vnus ab vna parte & alter ab altera positi contra se videntur ita oppositi, prout vniti & vniformes inter viuos erant; & sub ipsius figura hoc elogium legitur.



Paulus

Guel-
ni vero
n esset
audito
na, &
venit,
scripsit
colaus
um pu-
leam
ro Ca-
os no-
sepul-
inuen-
rmato

pit, &
dem
ab vna
prout
c elo-

lus


PAG. 125
PAULUS ZABARELLA Pat. Ord. Eremit. Philos. Theol. et Orator Insignis Episc: Argolicens. et Archiepisc. Pariens. Obijt Die 25 Iulij An: 1525. Aet. sua 54.
Moribus ingenuis dignus; qui vixit eremo,
Par calamo cui vox, conscia mensq; Deo:
Argolicos Pariosq; vigil pia semina sparsit
Rore salutifero, quantus et ipse, patet.
INSIGNIA
HAEC VERA SALUS
SYMBOLUM

Paulus Zabarella cognomento Bonus religioni addictus humanarum & diuinarum litterarum eruditus euasit, ac Philosophiam, & Theologiam perfectè acquisiuit, & inter suæ ætatis Concionatores fuit omnium primus. Monasterium Patauinum sua munificentia ędibus, & porticibus speciosissimis auxit & exornauit. Episcopatum Argolicensem primo adeptus est, sicut inde Archiepiscopus Pariensis euasit; ac tandem Propræsul locum tenens Generalis, & Suffraganeus perpetuus Ecclesię Patauinæ pro Eminen. Cardinali Marco Cornelio, & hoc quoad vixit in spiritualibus & temporalibus, quam functionem optime gessit. Scripsit ad Clementem septimum Pont. Max. De reformatione Sanctę Ecclesię librum doctissimum, alterum in septem Psalmos pœnitentiales, & tandem alios Orationum & Epistolarum elegantissimos reliquit. Sanguinē Sanctissimum a Christo ligneo in Ecclesia Seruitarum effuso summa deuotione collegit, & coli iussit Anno Dom. 1513. Obijt Pataui Anno Domini 1525. die 5. Iulij & in Ecclesia Eremitarum sepultus est in insigni mausoleo marmoreo & ditissimo; & ipsi Franciscus Sauonarola Poeta Patauinus [pro] epitaphio hęc Carmina cecinit.

Doctus adit Cœlum facundo Carmine Flacchus
   Et Stella Euganei lumen vterque Soli
Nomen ad æthereum Pataui lux mittit Olympum
   Romane Princeps Liuius Historiæ
Paulus in eloquio, Corneli numine Cœlum
   Possidet Aonias hic sacer transit aquas
Quantum aliis igitur numeris aut ore soluto
   Antenor debet, tam Zabarella teli.




Paulus

Paulus Zabarella ortus est Patauii & quia Auus suus Naturalis fuit in publico arbore existente in Cancellaria Magna Vrbis Patauinæ inscriptus non inuenitur. Ingressus religionem Eremitarum S. Augustini ob optimos mores Bonus cognominatus fuit, studijs incumbens Humanarum litterarum Philosophię & Theologiæ peritissimus euasit, & in concionando super omnes ætatis suæ praecones Antesignanus. Monasterii sui onus & regimem habuit & suæ religionis dignitates maiores; ipsumq; Monasterium Pataiuj ędibus & porticibus decorauit. Creatus fuit primum Episcopus Argolicensis, & inde etiam Archiepiscopus Pariensis; atque vtriusque dignitatis bullas ab ipso editas seruo, in quibus vtriusque tiaræ insignitus conspicitur. In Patauina Ecclesia Eminentiss. Cardinalis Marci Cornelii Vicem gessit quoad vixit, ideo hanc diocesim summa prudentia rexit & tutatus est in spiritualibus & temporalibus. Quo tempore in Ecclesia S. Mariæ Seruorum Patauij Christus ligneus deuotissimus miracula ostendit diuina virtute; nam die 5. Februarii Ann. 1512. incepit sanguinem effundere ex suis sanctissimis plagis, & sic per dies xv. fecit, ac iterum die 9. Aprilis postea quæ erat dies Veneris Sancti a crepusculis matutinis vsque ad Vesperas Sanctissimæ Paschatis. Quibus relatis Paulo Episcopo suffraganeo, illuc aduolans Sanguinem Sanctissimum in Calice collegit, & omnia miracula quæ multa fuerunt describere iussit; Fratajleam Crucifixi instituit, indulgentiasq; ingredientibus, & visentibus altare diebus Dominici, Mercurij, & Veneris cōcessit. Quare in eius numismate ipse inspicitur colligens Sanguinē sacrum; & ego seruo ipsius Sigillum cum Cruce Archiepiscopali super clypeo gentilicio, & cum litteris Sigillum Pauli Zabarellæ Archiepisc. Pari. ✠ & nonnulla deplomata cum eodem sigillo bullata.

In lapide marmoreo in dicta Ecclesia S. Mariæ Seruorum Paduæ apud Sacrestiam memoria extat consecrationis Ecclesiæ ipsius cū tribus stemmatibus inferius scilicet Religionis Seruorum in medio ab vna Pauli Zabarellæ Archiepiscopi Pariensis, & ab altera Hieronimi de Sanctis Episcopi Argolicensis, qui dictam Ecclesiam consacrarunt, sciendum enim est, quod Paulus Zabarella habebat Episcopatum Argolicensem, quem relictum accepit dict: Hieronymus de Sanctis, ipse autem Paulus Pariensem Mitram habuit.

HOC

HOC QVOD CERNIS TEMPLVM MVNERE CONSACRATVM DECORATVM EXTITIT AD HONOREM DEI, ET VIRG. GLOR. R. P. D. HIERONIMVS DE SANCTIS EPISC. ARGOLIC. ECCLESIAE PATAVINAE SVFFRAGANEVS, PRESENTE R. P. D. PAVLO ZABARELLAE PATAVINO ARCHIEPISCOPO PARIENSI EIVSDEM ECCLESIAE LOCVMTENENTE GENERALI DIES CENTVM DE VERA INDVLGENTIA PIENTISSIMI CONCESSERE ANNO DOMINI MDXIII. DIE XXI. DECEMBRIS.



Ioseph Pamphillus in Chronica Fratrum Eremitarum ad paginam 100. tergo ita de ipso scribit.

Paulus Zabarella Patauinus cognomento Bonus ab ineunte adolescentia religione addictus, humanarum simulque diuinarum litterarum vtrobique per quam eruditus suasit, atque in hac Eremitarum familia maxime floruit. Erat enim Theologiæ disciplina insignis, vt in concionando inter omnes suæ ætatis præcones longe primus. Is Monasterium Patauinum & ædibus & porticibus sua munificentia speciosius ornauit. Creatus tandem Archiepiscopus Pariensis in Patauina Ecclesia Cardinali Cornelio perpetuo administrationis titulo commissa Propræsulem quod vixit in spiritualibus, & in cunctis aliјs rebus strenue se habuit: sed in eo præsertim ab omnibus propria laude commendatur, quod in dandis de more insignibus in omni studiorum genere candidatis tanto semper eloquentiæ flumine, vel in subitis sermonibus dicendo florebat; vt eius oratio melle dulcior, & omnibus admirabilis videretur. Aetatis iam prouectæ scripsit ad Clem. 7. Pont. Max. de Reformatione Ecclesiæ eleganter, & satis apposite libellum, quem egmet legi & nunc extat in penitionibus cellis Bibliotecha Vaticanæ: Reliquit item elegantes omnis generis Orationes. Scripsit quoque in Septem Psalmos Pœnitentiales enunciationem lectu dignissimum. Obijt Patauij An. Sal 1522. Die 25. Iulij. Et in Ecclesia nostra Eremitarum in Sacello Ouitariorum familiæ

liæ, vbi insigne sepulcrum marmoreum visitur sepultus est hoc epitaphio, quod post eius obitum Franciscus Sauonarola Poeta Patauinus cecinit.

Doctus adeò Cælum facundo carmine Flaccus
Et Stella &c. vt supra.

In Tabula quadrata vt in alijs locis, inter virorum figuras Caroccius Patauinus conspicitur, cuius simulacrum hoc est.

Caroccius erat Currus magnus cum quatuor rotis, super quo in posteriori parte sedes seu tribunal erat purpura vel pãno serico rubro copertum; vbi Prætor qui olim antiquitus erat exercitus Dux supremus (siue alter militum Imperator, si Prætor non erat) cum suis Consiliariis sedere morarique ad consulendas res bellicas sedebat. In medio manebat arbor maxima rubra cum superius Reipublicæ vexillo. Longitudo ipsius currus erat pedum xii. Latitudo vi.& altitudo viii. pulcherrimisque picturis, & sculpturis aureis argenteis, & ex finissimis coloribus ornatus erat. A parte dextera habebat insignia Vrbium, Oppidorum & Castrorum Reipublicæ Patau.subiectorum, vt Vincentia, Feltre, Bellunum, Rodigium, Bassanum, Ateste, Montinianum, Lendenaria, Mons silicis, Citadella, & alia loca. A sinistra vero insignia Vrbium amicarum, & fæderatarum, veluti Venetiæ, Taruisium, Aquileia, Bononia, Ferraria, & aliæ. In parte autem anteriori Clypeus in medio cum rubra Cruce in plano argenteo, cui ab vna parte Sanctus Prosdocimus, & ab altera S.Iustina Vrbis Protectores primi erant; sicuti à parte posteriori alter clypeus cum cruce rubra in plano argenteo inter S.Danielem Martyr.& S. Ant. Confess. alios vrbis protectores; Vexillum autem quod super arbore videbatur frangeis aureis ornatum erat. Apud timonem duo serpentes erant mirabili arte confectos. Insignia antiqua Vrbis Patauinę erant draco viridis in plano rubeo cum Cruce rubea in plano albo iuxta hęc carmina.

Est Patauorum Draco cum Cruce virorum
Scripturis quorum credit vtrumque forum.

Quia Ciuitas donauit frataleæ Notariorum insignia hæc draconis, quibus modo vtitur.

Sed ad Carcocium reuertamur, ante ipsos serpẽtes erat octo boues albi, ita quod ab ipsis serpentibus & a bobus duci credebatur;

boues

taphio ,
nit .


as Car-


quo in
rico ru-
us Dux
it) cum
as sede-
us Rei-
Latitu-
s aureis
dextera
oublicæ
gium„
is , Cit-
arum„
onia„
io cum
Prosdo-
; sicuti
rgenteo
otecto-
s aureis
ili arte
ridis in
mina .

draco-

cto bo-
batur ;
oues

CHAROTIVS PATAVINVS





[illegible] Notariorum insignia hæc draco-
nis, quibus modo vtitur.

Sed ad Carcocium reuertamur, ante ipsos serpētes erat octo bo-
ues albi, ita quod ab ipsis serpentibus & a bobus duci credebatur;

boues

128b



HENRICVS REX.
Præsulis et Cleri præsenti prædia phano
Donavit Regina iacens hoc marmore Berta


P. 34
BERTA REGINA
Henrici Regis Pataui celeberrima quarti
Coniunx tam grandi dono memoranda per
æuum

bo
bei
era
He
cu
uin
vsu
Ca
gin
diu
tat
ipsi

B
hoc


H
aug
taru
ni E
cũ ti
Sacc
buit
ex q
vna
cum
pera
tana

boues autem ipsi cum suis famulis induti erant vestibus sericis rubeis seu ex purpura pulcherrimis. Carrocium autem symbolum erat Libertatis, quare Ciuitates libere tantum ipso vti poterant. Henricus 4. Imperat. per aliquod tempus sedem Patauij habuit, vbi cum Regina Bertha vxore moram gerebat hilariter, & tunc Patauinis libertatē cum amplissimo priuilegio confirmauit, Carrocijq; vsum concessit, & quia Vxoris intuitu hæc fecerat, ideo ipsimet Carrocio nomen Bertha impositum fuit Anno Domini 1081. Regina autem Bertha valde Patauinam urbem diligebat, & ideo hic dius manere voluit, ac tandem hic obiit, quare ipsius memoria extat in Ecclesia Cathedrali apud portam maiorem cum figuris ipsius, & Regis Henrici viri sui.

Bernardus Georgius Prætor Reginæ Berthæ, Henrici iv. Vxoris hoc Epitaphium condidit.

Prædia quæ præsul, Clerusque hic possidet illa
Donauit templo Bertha huic celeberrima coniux
Henrici Regis, iacet hoc quæ extincta sepulcro.
Nomine ob id meritum, fama quoque digna perenni.

Henricus Imper. & Berta isti Episcopatum fabricis pulcherrimis augerunt, sed quod plus est, multis possessionibus, & introitibus ditarunt, & specialiter ipsa Regina Berta, prout etiam ab ipsis Miloni Episcopo & successoribus Castrum Plebis Sacci donatum fuit cū titulo ipsius Comitis, quare adhuc Episcopi Patauini Comites Saccenses vocantur. Henricus ipse Imper. dum Patauii sedem habuit monetas quamplurimas percussit aureas, argenteas, & aeneas, ex quibus vnam seruo argenteam quam hic exhibeo, quæ habet ab vna parte aquilam cum his litteris *Padua Regia*, & ab altera Crucē cum litteris *Ciuitas* vt supra dixi, merito itaque Patauium cum Imperatorum sedes fuerit, Ciuitas Regia dici debet, & Metropolitana vocari potest.



Sed iterum ad nostrum Carroccium redeamus, Vngarellus scribit quod in ipso Carmina hæc legebantur.

Otho post Otho regnabit Certius Otho
Vrbs ter pressa malis Patauos remouebit ab axe
Tempore quo binus regnabit Papa Lupinus
Paduæ Magnatum plorabunt filij necem
Diram & horendam datam Catuloque Veronæ.

Hæc carmina facta fuerunt partim à Merlino, & partim ab Andrea Scoto, qui ambo Magi celebres extiterunt, & etiam ferebatur quod Vaticinia siue Prophetiæ erant, & fama erat, quod Carrocius perdetur & destruetur cum libertate Ciuitatis Patauinæ, & quod hoc erit existente Romana Ecclesia à pessimo schismate vexata, quod etiam successit, nam existentibus in sede Petri Papa Innoc. 7. & Bened. 13. Pseudopapa Patauium transiuit sub Venetorum Dominio, & eadem nocte Carrocius combustus fuit. Anno Domini 1405. die 7. Nouembris.

Co. Iacobus Zabarella Eques & Philosophus Eccellentissimus inde sequitur & est hic merito additus ob nimias suas virtutes, & sub ipsius imagine hoc elogium inscriptum legitur.

PAG. 131


IACOB. ZABARELLA PATAVINVS COM. ET EQV. PATRIÆ DECVRIO. PHIL. PROF. & ORATOR INSIGNIS. OBIIT AN. M D LXXXIX. DIE XXV. OCT. ÆT. LVI.
ΑΡΙΣΤΟ ΤΕΛΟΥΣ
ΑΠΑΝΤΑ
Naturæ scrutatus opes, coeliq; vigorem,
Ordine declaro quid Rationis opus.
Mæonio & Latio mihi favit carmine Phœbus.
Musa fuit tanto nomine, terra minor.
INSIGNIA
SYMBOLVM

Iacobus Zabarella Iulij Com: & Equ. Clarissimi filius S.R.I. Comes, & Eques Illustrissimus maximo ingenio præditus extitit; ideo cum facilitate omnes virtutes & scientias didicit, ita quod Orator eloquentissimus euasit, ac linguarum Italicæ, Græcæ, Latinæ, Hispanicæ, & Hebraicæ peritissimus; deinde ad Logicam, Mathematicam, Philosophiam, & Astrologiam transiens ipsius præditiones adhuc celebrantur. Philosophiæ tamen naturalis & moralis, & præsertim Peripateticæ studijs, & intelligentia & scribendo, & docendo adeo profecit, & eminēs fuit vt Coripheus Philosoph. merito dici potuerit In patrio Lyceo primo Logicam inde Philosophiam summa cum fama docuit, & Commētaria doctissima scripsit, quorum Opera Logica Ser. Stephano Bathorio Poloniæ Regi dicauit, a quo ideo Eques creatus, & alijs honoribus decoratus fuit, Philosophiam verò varijs interpretationibus inuolutam, litteris Grecis dilucidauit, & illustrauit. In patria Decurio summos honores adeptus est. Obijtque annorum LVI. Anno Domini 1589. Mense Octobris.

Iacobus Philippus Tomasinus Episcopus Emoniensis Philosophiæ, Theologiæ, & humanarum litterarum eruditissimus, prout libri à se editi clarè ostendunt, in libro elogiorum de viris doctrina Illustribus elogium hoc ad eius figuram & effigiem supposuit. pag. 136.

IACOBVS ZABARELLA.

Nobilis Patauinus ortus anno salutis 1533. Nonis Septemb. hora fere dimidia post meridiem patre Iulio Zabarella S.R.I. Comite & Equite, matre Giliola filia Hieronymi Doctorij I.C. & Equitis coniugibus spectatissimis, & ex præclarissimis familijs nostræ Vrbis. Iuuenis maximo ingenio prædictus facili labore variarum rerum, & scientiarum cognitionem hausit. Ad eloquentiam primū vt græcas litteras natura duce ferè visus est; dein ad Logicam, & Mathematicam facultates, quod iis in studiis mira felicitate proficiscens, haud obscurum suæ professionis specimen daret. Ad eloquentiam Ioannem Faseolum Patauinum, & Franciscum Robertellum Vtinensem: ad Logicam Petrum Arquadum, & Bernardinum Tomitanum, ad Mathematicas Petrum Catenam, & Franciscum Barocium præceptores adhibuit, Viros plane doctos eximios, & in ea qua profitebantur scientia singulares. Opticam &

Astrologiam in delicijs habuit; cuius mihi testes prædictiones ipsius variæ, quæ iam suos euentus feliciter sortitæ sunt. Philosophię demum tum naturali, tum morali, & ei in primis, quæ Peripathetica nominatur se totum adiunxit Marco Antonio Genua Patauino duce. In Patrio Lyceo Anno 1564. Logicam initio professus est, & Bernardino Tomitano præceptori successor datus non eã modo publice annis xv. explicauit, sed & tabulis & Cõmentarijs vberrimis facilem adeo reddidit, vt omnes tanti viri ingenium raperet in admirationem sui. Productus inde est ad secundam Extraordinariæ Philosophiæ sedem Collega datus Arcangelo Mercenario Picensi : nec multo post primæ paritatem obtinuit, primamque demum ipsam a qua gradum ad secundam Ordinariæ facultatem eiusdem stipendijs auctis fecit. Quare Logica dilucidata Philosophiam vniuersam variis interpretum opinionibus inuolutam reconditæ Græcorum Codicum lectionis ope, mirum in modum illustrauit, præclaros commentarios in Aristotelem edidit, & difficiliores nodos perfacili methodo dissoluit. Vxorem habuit Elisabetham filiam sapientis viri Ioannis Cauacciæ, quæ nouem illi liberos peperit, & in his mares sex Iulium primogenitum Mathematicum insignem a nobis alibi commendatum. Franciscum, Antonium, Ioannem, Carolum, Sabatinum, filias viro Iustinam, Arseniam, & Zabarellam. Quibus omnibus ex Natali Syderum constitutione vitam & euentus (quatenus per artem licet) antequam intererit prædixit: facemque prætulit incorruptæ gloriæ & virtutis veræ suæ cunctis exemplo prælucens. Multiplicis omnino lectionis, & linguarum multarum amator extitit, vultu spectabilis, & capite ijs in partibus, quæ oculos inter & aures sitæ sunt venarum plenæ. Nactus est Mercurium feliciter stantem, quam ob causam celeres ingenii motus, & ad quæuis excogitanda faciles, & expeditos habuit in omni vita. In patria primos honorum gradus semper adeptus est, nec raro boni publici causa apud Serenifs. Senat. Venet. orauit, a quo singulari amore cultus, præter publica stipendia etiam mille aureos pro Zabarella filia promissos tulit, sicuti antiquitus idem Eminent. Senatus tantumdem Marco Antonio Genuæ pro filiæ dote donauerat. Vocatus humaniter a Stephano Bathoreo Poloniæ Rege, natalis soli dulcedine parere renuit, nuncupatis eodem Commentariis Logice facultatis. Pater Academiæ Stabilium Pataùii fuit. Comes etiam S. R. I. vti primogenitus Comitis Iulij Zabarellæ, in quem id honoris contu-

contulerat Iulius pater, cui Ferdinandus primus Imperator priuilegium Iacobo patri à Maximiliano concessum confirmauit, & vt primogenitus stipitis S.R.I. Comes esset, sanciuit. Voluente facto migrauit e vita Anno salutis 1589. Mense Octobris Ætatis vero suæ LVI. & in Ecclesia D. Antonij publicè celebratus ab Antonio Riccobono, in delubro S. Catherinæ prope maiores suos cõditus est, nulla quod obseruare potuerim memoria clarus. Apud hęredes eius imago extat, cuius vni in parte visitur liber inscriptus his notis sub ipsius manu ARISTOTELIS APANTA hoc est *Aristotelis Omnia*.

In altera vero emblema Gordiani nodi Aræ imposito cum huiusmodi inscriptione HNOΩ HBHA idest *Aut ingenio aut vi*. Ita plane ut hic a me publicè exhibetur.




OPERA QVÆ CONFECIT SVNT.

Tabulæ Logicæ Lib. 1.
De Natura Logicæ Lib. 2.
De Quarta figura Syllogismorum Lib. 1.
De Methodis Lib. 4.
Apologia de Doctrinę Ordine Lib. 2. comprehensa, in qua obiectionibus Picolominei satisfecit.
De Conuersione Demonstrationis in Definitionem lib. 1.
De Propositionibus Necessariis Lib. 2.
De Speciebus Demonstrationis Lib. 1.
De Tribus Pręcognitis Lib. 1.
De Medio Demonstrationis Lib. 2.
Commentarij in libros duos Aristotelis Posteriores.
De Rebus Naturalibus Libri 30. hoc est de naturalis scientiæ

Con-

Constitutione Lib.2.
De Natura Lib.1.
De Natura Cœli Lib.1.
De Inuentione Æterni Motoris Lib.1.
De Motu Grauium & Leuium Lib.2.
De Motu Ignis in Orbem Lib.1.
De Constitutione Indiuidui Lib. 1.
De Reactione Lib.1.
De Mistione Lib.1.
De Qualitatibus Elementaribus Lib.2.
De Regionibus Aeris Lib.1.
De Calore Cęlesti Lib. 1.
De Misti Generatione & Interitu Lib.3.
De Facultatibus Animæ Lib.1.
De Accrectione & Nutritione Lib.1.
De Sensu Agente Lib.1.
De Partitione Animæ Lib.1.
De Visu Lib.2.
De Communi Rerum Generatione, & Interitu, Lib.1.
De Mente Humana Lib.1.
De Speciebus Intelligibilibus. Lib. 1.
De Mente Agente Lib.1.
De Ordine intelligendi Lib.vlt.
Commentarii vberrimi in Libros Phycorum Aristotelis.
Commentarij in Libros de Anima.



Post elogium Episcopi Tomasini par videtur hic addere nonnulla Carmina quæ ad ipsum Comitem olim misit insignis vir Fabius à Pace suus contemporaneus ex cartha authentica propria ipsius manu scripta, quam adhuc ipse seruo.

FA-

FABIVS A PACE.

Ad Illustrissimum Comitem, & Excellentiss. Philosophum D. Iacobum Zabarellam.

F. *Dic mihi quæ summa gaudis virtute virorum*
Musa tibi insolitus cur tenet ira stupor?
M. *Cur ego mirer? Non illum semper honorem*
Cui dederint nullum secula nostra parem?
Vsque adeo claris genitus Maioribus ille est
Cedere eum nulli, vt nobilitate putem
Dignos namque Viros totius Orbis habenas
Flectere stirps eius maxima sæpè tulit.
Illustris laudem gentes, clarosque Penates
Auget & ingenio roborat ipse suo
Namque alium voluit, namque sibi quære laudem
Quare, quæ tota suo parta labore foret.
Tramite nonnulli noto veneranda recludit
Limine qui ad Sophiam ducere recta solent.
Mox etiam internumque adytum reserabit & omnem,
Naturę causam si volet ipse dabit.
Atque velit quæso cum nemo rectius ipso
Arcana eximij noscat Aristotelis
Doctrinæ mores quam recte accommodat? & quam
Vitæ inter reliquas integritate nitet.
Cui non es Comis suauis affabilis idem
O mihi pro humano semper habende Deo
F. *Forsitam eximias eius percurrere laudes*
Musa putas fidens viribus ipsa tuis?
Desine supremo cymbam committere ponto
Munera nec studio suscipe iniqua tuo
Ast animam potius ornare exponere nostram
Quem veneremur amans, quam reuerenter amet?

Fabius à Pace.

Modo

Modo ſequitur porta Thalami Cardinalium ſuper qua conſpiciuntur inſignia Sixti V. Pontificis Maximi cum hac inſcriptione. Ciuis enim Patauinus fuit, quod in opere meo Italicè ſcripto, cui titulus *Gli Valerij*, credo ſatis comprobaui.



SIXTO V PONT. MAX.
CONCIVI
DOMINO ET TVTELLARI
DEVOTIONIS ERGO
FAM. ZAB. POS.
AN. D. MDXC.

Thalamus Cardinalium modo ſequitur deſcribendus: ingreſſus in ipſum ideo à parte ſiniſtra primo loco inuenitur Simon Paltinerius Cardin. Patauinus rubro galere indutus; & quibus loco Cardinalium appellatur, ſub figura autem Simonis prædicti Elegium hoc legitur;



Simon Paltinerius Patauinus Vir doctrina, & optimis moribus clarus, ob nimias virtutes ideo satis notus ab Vrbano 4. Summo Pont. Romam vocatus inter S.R.E.Cardinales cooptatus fuit titulo SS. Siluerij & Equitij Anno D. 1262 Fuitque inde Leg. Apost. ab ipso factus Vmbriæ, Piceni, Tusciæ, Insubriæ, & Venetiæ cum summa potestate propter bellum quod contra Manfredum iniustum Regem Siciliæ decreuerat, quo munere iterum sub Clem. IV. functus est. Obijt A.D. 1276.

Paltineriæ domus insignia erant Cignus albus in plano rubeo. Co. de Poiana Vicentini ab hac nob. familia originem duxi sse fertur.

In tabula quadrata inde picta videtur nobilis & insignis Legatio XVI. Oratorum Patauinorum, cuius Princeps fuit Franciscus Zabarella inde Cardinalis aurea veste indutus inter alios purpuratos, qui nominæ patriæ doctissimam Orationem Serenis. Michaeli Stēno Duci Venetiarū dixit, cum qua eidem Sceptrum, Vexillum, Claues, & Sigillum Ciuitatis Patauinæ obtulit cum maxima solemnitate in Magna D Marci Platea, vbi à Serenissimo Principe inter Consiliarios & Maiores Reipub. auditus & hilariter cum alijs receptus fuit. Oratio autem ista seruatur in libro Rubeo nuncupato in Cancellaria maiori Vrbis Patauinæ, quam etiam antiquis litteris ex authentica deductam in meo Museo adhuc seruo. Hæc solemnitas picta adhuc visitur in Aula minori Palatii Præfectitij, vbi & aliæ historię Patauinæ pictæ conspieiuntur; sed quia inter alia Serenis. Principi oblata, Sigillum res est insignis, hic illud addere decreui, quod authenticum in Museo Lazareo seruatur.

S No-



Nomina viro xvi. Legatorum, siue Ambasciatorum qui Serenifs. Venet. Reip. dominium Pataurii & sui territorij tradiderunt maxima solemnitate & pompa sunt hæc; vocatur enim hæc nobilis Legatio.

Franciscus de Zabarellis I.V.D. Legationis Princeps.
Peraginus de Peraga Eques.
Franciscus de Doctis Eques.
Palaminus de Vitalianis Eques.
Iacobinus de Vigontia Eques.
Omnibonum a Scolla Legum Doctor.
Bonifacius de Leone Legum Doctor.
Bartholomeus Sancta Sophia Artium & Med. Doctor.
Fredus de Milicia
Trapolinus de Rustica.
Nicolaus Musatus.
Hieronymus de Fabianis.

Sindici.

Oliuerius

Oliuerius Linguacius.
Nouolonus de Mediis Comitibus.
Iacobus à Vulpe.
Iacobus Honestus a Serico.
} Pro Mercatoribus.

Serenifs. Princeps dedit ipsis Sigillum D. Marci quo modo Pataui vtitur.



Ex istis claris Oratoribus nonnulli Equestri dignitate ornati fuere, & omnes alio modo decorati; de ipsis ideo, & de origine eorundem familiarum modicis verbis hæc addam.



Franciſcus Zabarella I.V.D. Legationis illius inſignis Caput fuit inde electus S.R.E. Cardinalis, de quo infra ſuo loco dicemus.




Peraginus de Peraga erat Eques Patauinus, & Nobilis Venetus ex familia Baduaria, ex qua fuit Bonauentura Cardinalis de quo itidem dicemus.



Franciſcus de Dotis Eques Patauinus vexillum Sereniſs. Principe conſignauit. Dota familia, vt ſupra diximus a Daulo Troiano Antenoris theſaurario ortum habuit; & ex hac orti ſunt Seuerianus Epiſcopus Patau. qui ſacrauit Eccleſiam S. Iacobi in Inſula Riuoalti, cuius frater Conon ſiue Zeno fuit vnus ex primis Conſulibus illius loci Anno Dom. 421. & 421. & ex eo duæ familiæ diſcenderunt nempe Dandula Venetijs, & Dotta Patauii; ex qua milites & Doctores quamplurimi orti ſunt, quorum clypei ſunt diuiſi in quartis albis & rubeis circumdati à zona ſiue faſcia cærulea in qua ſunt 13. Stelle aureæ.

Pala-

Palaminus de Vitalianis Eques cuius familia antiquissima est Pataui, & ex hac viri clari milites, & Doctores orti sunt; sed præsertim ex ipso Palamino, & Margarita Boromea vxore ortus est Vitalianus, qui à Ioanne Boromeo Matruo adoptatus Mediolanum se contulit, & Borromei cognomen sumpsit, fuitque Comes Haronæ cum posteris, ex quibus fuerunt S. Carolus, Fridericus & Gibertus S.R.E. Cardinales, & alii Viri insignis.

Vitalianorum insignia erant clypeus in sex partes diuisus per obliquum, tres cum vndis viridibus & albis, & aliæ tres cæruleę cum tricha aurea. Borromei è S. Miniato venerunt & erant valde diuites, ex his etiam fuerunt milites & doctores, hodieque aliqui sunt Comites, habentque clypeum diuisum in sex partes virides, & rubeas cum zona alba per obliquum.





Iacobinus de Vigontia Eques insignis. Domus hæc diuisa erat in Viguntiis a tressis, & a variis, illi enim portabant clypeum diuisum in quatuor partes aureas, & rubeas, & isti zonam ex varia pelle in plano

plano aureo; Domus hęc antiquissima ab Agelmundo Longobardorum Rege orta Patauii mire floret, & ex utraque linea mimultimilites, & doctores orti sunt, sed prætertim ex hac cui cognomen est Barisoni inter cæteros ortus est Albertinus I.V.D. Gymnasij interpres Canon. & Archipresb. Cathedralis Patauinę, & tandem Episcopus, & Comes Cenetensis doctiss. & religiosiss. altero anno omnium dolore extinctus, cuius ex fratre Nepos Nāticherius I.V.D. Abbas, & Canon. Patau. qui fuit Camerarius Sanctissimi Clementis IX. Summi Pontif. maximæque spei viuit, & se præbet Patrui vestigia sequi, ipsumque imitari.



Omnibonum à Scolla I.C. e familia nobili, & antiqua ortus est sed modo extincta.




Bonifacius de Leone I.C. cuius familia è Germania ortum duxit, & ex hac milites & doctores insignes prodiere, ac etiam Comites Sanguinetti, qui nuper inter Patritios Venetos descripti sunt. Domus autem Leoneæ stēma est clypeus diuisus à fascia cærulea; in superiori parte rubea medius Leo albus cum duabus caudis, & pars inferior alba, ex hac fuit Paulus I.C. & Ferrariæ Episc.

Barto-



Bartolomeus à Sancta Sophia Artium, & Medicinæ Doctor, cuius familia è Constantinopoli Patauium venit, & ex ea Medici clari & viri insignes prodiere, inter quos Bartolomeus cum filiis & posteris inter nobiles Venetos adscriptus fuit. Stemma duo clauæ rubeæ in plano aureo.



Fredus Militia Ciuis honorabilis, cuius familia de Stenno etiam dicta fuit familia antiqua, & ex ea viri præclari orti sunt. Clypeus est cum sex trauersijs, siue fasciis ni gri, & albi coloris.



Trapo-

Trapolinus de Rustica ex familia nobilium Regulorũ de Vicoargeris nobilis & antiqua Paduæ, quæ fuit eiusdem sanguinis, nempe Vicoargeris Rustica, & Trapolina, ex hac autem fuere viri litteris, & armis insignes. Cuius autem insignia sunt sex falciæ, siue trauersij aurei, & rubei.




Nicolaus Musatus cum esset Sindicus in patria, nomine populi protestauit Francisco Carrariensi in obsidione patriæ, quod Seren. Reip. Venetę parere debeat, cedens ipsi Vrbis dominium, quare ipse dominio abdicauit; de hac domo alibi locutus sunt, ideo hic aliud non addam; Asinum cæruleum in plano aureo Musati portant.




Hieronimus de' Fabianis pariter Sindicus Ciuis Patauinus erat cuius sanguinis fuerunt doctores clari; a Dottis autem fuit origo ipsorum; quorum clypei pinxis rubeis & albis pleni erant.

Oliue-





Oliuerius Linguacius Ciuis erat quamuis pro mercatoribus interuenerit, familia sua antiqua & potens olim fuerat, insignia erant aquila nigra in plano aureo siue Leopardus albus in clypeo cæruleo.



Nouolonus de Medijs Comitibus Ciuis erat, & pro Mercatoribus interuenit. Horum clypeus aureus habebat draconem rubeum.



Iacobus à vulpe Ciuis Patauus, & à Taruisio sui maiores Patauium appulsi sunt; ex istis autem aliqui inter patritios Venetos cooptati fuerunt, portabant autem in stemmate vulpem auream in plano cęruleo.




Iacobus Honestus à Serico Ciuis Patauus pro Mercatoribus interuenit; portabat autem sex Stellas aureas in scuto cæruleo.

Sed quia diximus quod ex his Oratoribus multi fuerunt Equites creati, mihi in memoriam venit quod in hac Aula inter Iulium Paulum & Petrum Aponensem tabella est in qua picta videtur quam pulcra historia maximi honoris nostræ patriæ a Strabone descripta li. 5. his verbis, Patauium autem propinquum est cunctas eius regionis Vrbes excellens. Nuper quidem in ea censi sunt Quingenti Equestris Ordinis viri. Antiquis autem annis centum & viginti millitum millia misisse constant, & ut supra diximus. Quare, mirandæ sunt vires Patauinorum nam his temporibus tota Italia non haberet; ex quo ordine fuit quoque Corelius Eques Romanus noster Conciuis de quo supra, & in libris meis editis, & inscriptis Italici *il Corelio, & gli Arrunzij*.

Fuit enim Patauina Ciuitas omni tempore Equestri dignitate decorata & insignita, prout etiam nostra ætate quamplurimi florent quare non est mirum si per Antonomasiam dicatur Eques Patauinus prout etiam vire Nobiles dici possunt Ciues Patauini, ut ab Euganeis descendentes, eorumque loca tenentes. Euganei enim dicebantur antiquissimi habitatores huius Vrbis, & regionis, idest genere præstantes, seu Nobiles vt Plinius fatetur, quare iure & merito in Notariorum scripturis Ciues Pataui Nobiles dicuntur, prout nobiles & Equites etsi non facti tanquā ita nati appellantur.

Pileus

Pileus Comes Prattę fuit Cardinalis Patauinus secundus, & ideo hic visitur purpuratus cum hoc elogio.



Pileus Comes Prattæ Foroiuliensis & Patauinus Ciuis Vir omnibus virtutibus ornatus. A Greg. XI. Sum. Pont. vocatus Archiep. Rauennæ, & postea ab Vrbano VI. S.R.E. Cardinalis creatus est titulo Sanctæ Praxedis, ac deinde Episc. Tusculanus Anno Dom. 1378. Sed ob nimiam Vrbani sæuitiam ipsum reliquit & ad Clementem VII. Pseudopapam transiuit, a quo Cardinalis Sanct. Prischæ & Leg. Apost. factus est in Italia; mortuo vero Vrbano, & creato Bonif. IX. in verum Pontificem Pileus melius Consultus ab ipso Clemente discessit, & Bonifacio adhesit, a quo illariter receptus iterum Cardin. Tusculanus factus fuit Anno Dom. 1391 ac inde etiam Legat. Apost. Vmbriæ Piceni Aemiliæ, & Flaminiæ, ac Vicecancellarius Sedis Apost. Tandem Episcopatum Patauinum adeptus est maxima huius Vrbis lætitia. Huic autem vrbi & Diocesi quamplurima intulit beneficia; sed præsertim Ecclesiæ Cathedrali legatum insigne reliquit, ac apud S. Ant. ædes Collegium à se Prattense nuncupatũ construi iussit & ditauit pro alendis 20. Scolaribus ex nationibus Patauina, Veneta, Foroiuliensi, & Taruisina; Commissarios autem reliquit Episcopum Patauinum qui pro tempore erit, Franciscum Zabarellam I.V.D. inde Cardinalem & Checum Leonium I.V.D. & Equitem, & post eorum obitum antiquiores suarum familiarum Za-

barellæ & Leoniæ cum Priore Collegij I. V. Doctorum, qui pro tempore esse contingerit. Obijt Anno Dom. 1401. Mense Decembris, & eius corpus sepultum fuit in sua Cathedrali prope Sacellum maius vbi adhuc visitur cum hoc Epitaphio.

Stirpe Comes Prattę præclarus origine multis
Dotibus insignis seclo celeberrimus orbi
Defunctus statuit cum sic suprema voluntas
Hac Cardinalis Pileus tumulatur in vrna.

Tempore quo Cardinalis Pileus Ecclesiam Patauinam administrabat euenit mors celeberrimi Vatis Francisci Patriarchę in Vico Arquadæ, vbi morabatur, & ibidem ipsi solemnes exequiæ ordinatæ fuerunt, quibus ipsemet Eminentiss. Cardin. interuenire voluit simul cum Francisco Carrariēse Pataui Principe prout etiā adfuerunt omnes Canonici Abbates & Præsules cuiuscunque religionis & omnes Ecclesiastici Vrbis & Diocesis Patauinæ sicut etiam ipsis interfuerunt Collegij utriusque Doctores, & Scholares cum vniuerso populo Patauino, & præter cætera hoc notabile fuit, quod Bonauentura Peraghinus Ordinis Eremitarum S. Augustini, qui fuit inde S.R.E. Cardinalis Orationem funebrem de eius laudibus elegantissimam egit. Anno Dom. 1369. Mense Iulii. Sed redeamus ad nostrum Cardinalem Pileum. Supra Portam maiorem ipsius Collegij Prattensis memoria visitur in tabula marmorea inter insignia gentilitia ipsius familiæ videlicet ab vna parte lilia aurea in plano cęruleo cum capite Scuti aureo, & ab altera alterum scutum cum liliis argenteis in plano rubeo cum capite scuti argenteo, & tandem cum pileo rubro super ipsis scutis, & ita visitur etiam super eius monumento in Ecclesia Cathedrali supra memorato; quæ insignia sunt communia Comitibus Pratte, Portiæ & Brugnaræ, qui sunt eiusdem sanguinis, & ideo ijsdem insignijs vtuntur. Carmina autem super porta Collegij hæc sunt.

Atria quanta vides sinuosos flexa per arcus
Dedita diuinis studijs, & canone sacro
Magna Comes Prattæ Pileus dedit inclitus hæros
Cardini Pontificum, celsus operatus honores.
Mille quadringentos bis denos auxerat annos
Partus Virgineus, cum mœnia structa quiescunt.

Locus

Locus iste extra & intus valde insignis est; habet Prioratum vbi Prior Scolarium Collegii resfidet; nuperq; Ego vti senior familiæ Zabarellæ in locum dicti Francisci Cardinalis maioris mæi cum D. Antonio I. V. D. seniore familiæ Leoneæ loco primi Chechi I.V.D. & Equitis Cancellariam satis nobilem fieri iussimus. In ipsa autem seruantur scripturæ Collegii, & visuntur imagines satis pulcrę B. Mariæ Virg. Sanctorum Prosdocimi, & Hieronymi Patronorum Collegii, S. Iustinæ, S. Danielis, & S. Antonij Confessoris Vrbis Protectorum, ac tandem Eminentissimorum Cardinalium Pilei Prattensis, Francisci Zabarellæ, & Gregorij Barbadici, & Chechi Leonij Collegii Commissariorum & Dominorum.

Familia Comitũ Prattæ Portiæ & Brugnaræ inter cæteras Patauinas numerabatur, & adhuc ipsius memoria est Pataui in via Portia nuncupata apud Ecclesiam Patrum Eremitarum S. Augustini, vbi ipsius ædes olim erant.

Origo ipsorum aiunt fuisse a Sicambris, ego autem puto a Gente Portia Romana; & cum prima sit inter omnes Patriæ Fori Iulii ex ea orti sunt quamplurimi viri insignes exercituum Duces, & milites fortissimi.

Super pariete anteriori Ecclesiæ S. Leonardi visuntur insignia Cardinalis Pilei sex liliorum in lapide marmoreo pileoq; Cardinalitio decorata.



In

In Ecclesia Cathedrali sub monumento Cardinalis Pilei extat sepulcrum huius familiæ cum hac inscriptione.

VINCILAVS BRVGNARA.

Vincilao Brugnare & Porciliæ Comiti non minus Græcæ, quam Latinæ Doctissim. & Ingenio Philosophiæ excellenti. Qui vixit Ann. 44. ob. 1440. Lucretia Martinenga Vxor Opt. Et Viri Amantissima posuit.

In pariete versus viam publicam visitur effigies Bartolomei Vliarii Patauini Cardinalis, qui fuit eodem tempore cum Bonauentura Peraghino etsi posterior in electione annorum quinque; sub autem ipsius figura hoc elogium igitur.



Bartolomeus Vliarius Patauinus Ordinis Minorum Philosoph. & Theol. Clariss. ob idque Episc. Florent. & Card. Sanctæ Pudentianæ titulo Pastoris a Bonif. IX. creatus fuit A.D. 1389. XV. Kal. Ianuarij. Inde missus in Regnum Neapol. Leg. Apost. cum amplissima auctoritate. In qua Legatione Caietæ 16. Kal. Maij descessit 1396. ibique sepultus in æde Patrum Minorum cum suis insignijs & hoc Epitaph.

Vnica Cardinei fuerat qui gloria cantus
Hæc te petra tegit, Patauinis mœnibus ortum

Almo

Almo inter nunc animas letaris olympo
Missus eras partes demum Legatus ad istas
Quem tibi viuaces mors inuida sustulit annos
Vnanimis quicquid condignum manere famæ
Scire datus studiis, sublimi mente locasti
Longa tuum meritis clarum per sæcula nomen
Non adesset suprema dies tua inuida virtus
Nunquam morte cadens animo memorabitur æuo.

Hic iacet Reuerendiss. in Christo Pater D. Bartholomeus de Vliarijs de Padua D.G.Tit.S.Pudentianæ Presbiter Cardinalis Paduanus Regni Siciliæ Sed. Apost. Legatus, qui obijt Die xvi. Aprilis Anno 1396. Ind. 10.

In Claustro primo Monasterii S. Antonij Conf. Patauii imago huius Cardinalis visitur cum hac subscriptione.

Fr. Bartolomeus Vliarius Patau. Card. Ord. Minorum Conuentualium.

Huius familiæ sepulcrum adhuc extat in Ecclesia S. Leonardi Patauii cum hac inscriptione.

MAVSOLEVS DOMINI MICHAELIS DE OLEARIIS ET SVCCESSORVM SVORVM COMITVM PALATINORVM.

In medio ipsius Parietis meridionalis versus viam publicam sub parua fenestra videntur duæ imagines duorum illustrium Patauinorum, quibus nomen Marsilius erat cum his elogiis cuicumque ipsorum à Cauaccia dicatis, sub primo autem ita.

Mar-



Marsilius Sophia in studijs Philosophiæ, & Medicinæ Clarissimus; illam primo docuit, hanc docuit, & exercuit: Scripsit Commentarios super aphorismos. Habuit consanguineos Nicolaum, Ioannem, Bartholomeum viros doctissimos: Quorum sepulcra cum suis elogijs iacent Patauij prope Episcopatum. Ipse vero cum Bononiæ publ. profiteretur, supremum diem obijt, & sepultus in sippo Diui Francisci cum tali Epitaphio.

Viuat vt æternum vitæ iam munere functus
Hoc præstat virtus, quæ facit vna Deos
Sic inuicta Polo supera mens regnat in aula
Vndeque per terras inclita fama viget.
Quæ mortalis erat iacet hic pars condita magni
Eruuias animi collegit vana breuis.
Quumque procul late resonat sua gloria saxum
Accepit exiguis nomina magna notis
Marsilius Patauus, cui dat gens alma Sophia
Bononiæ Medicus dum docet accubuit.

Sub altera figura quæ est alterius Marsilij elogium hoc itidem legitur.

Mar-



Marsilius quem titulus sui operis Patauinum præscribit. Ex qua stirpe genus traxerit non satis constat. Philosophus, Astrologus, & Theologus peracutus in disserendo Magno acumine ingenij præditus. Ob id hæresis insimulatus tantum non captus exul in Germaniam ad Ludou. Bauarum Imperat. magnanimum confugit, cum quo familiaris, & contubernalis vixit cum alijs doctissimis, & ad quem scripsit libellos illos, quos doctissimi Germanorum Thesauros vocitant & profitentur. Præcedente tempore Marsilio hortante, Bauarus cum ingentibus Equitum peditumque copijs superatis alpibus intrans Italiam, Romam inuictis omnibus ingreditur, & coronatur, alterum Pontificem creans contemptis comminationibus Pontificijs, impositisque Rectoribus cum præsidijs in oppidis tunc ditione Pontificiæ subiectis in Germaniam reuertitur, vbi excessit anno xxxij. sui Imperij. De morte & sepultura Marsilij nil aliud constat, nisi quod instar Numinis nomen huius viri mansit, & hodie manet apud Germanos.

De hoc autem viro apud Scardeonium lib. 2. Classe 7. folio 150. legitur quod à Ludouico Bauaro Cęsare Archiepiscopus Mediolanensis creatus fuerit & quod ipsi Mainardinus cognomen erat. Patria tamen ipso non gloriatur cum ille Catholicam fidem nō profiteatur, hic vero in suspitionem hæresis incidit, quare etiam ip-

ſius libri interdicti ſunt , nec admittuntur. De hac familia apud Eremitanos ſepulcrum viſitur cum hac inſcriptione.

HIC IACET FRANCISCVS DE MAINARDINIS.
Iam requies ſperata diu Cariſsima venit
Oſſaque iam feſſa in terris ſint marmore præſſa.

His viris tranſactis eſt vltima feneſtra, & inde incipit murus partis veſpertinæ, & occidentalis; propeque ipſam feneſtram conſpicitur imago Bonauenturæ de Peraga Cardinalis Patauini cum hoc elogio.



Bonauentura Alberti frater ex matre , & ipſe Auguſtinianus religione addictus, familia nobili Peraghina ortus, doctoratus inſignia adeptus Auguſtinianæ religionis ſummum regimem diù tenuit. Poſtea Romæ primus ex Patauinis in Collegium Summorum Sacerdotum cooptatus titulo Sanctæ Cæciliæ. Scripſit quamplurimas & luculentas orationes, tum in laudes nobilium virorum, tum etiam contra hoſtes Eccleſiæ. Vitæ integritate nemini ſuorum temporum poſtponendas; ex qua & alijs virtutibus dignitates illas conſecutus eſt. Romæ ſuper Pontem S. Angeli ſagita occulta manu miſſa transfixus, & in numerum martyrum relatus.

De

De hoc Eminentissimo Cardinale nonnulla ex hoc elogio cauēda sunt; Scardeonius scribit quod fuit frater Vterinus B. Bonsenblantis Eremitani & non Alberti antepositi. Hic legitur quod primus Cardinalis Patauinus extiterit. Cauaccius enim non vocauit Patauinos supradictos Paltinerium, & Pileum Prattensem.

Simonem Paltinerium quia in Castro Acedi, siue Montis silicis natus erat, etsi territorii & ditionis Patauinæ, nec minus Pileum quia natus erat in suo Castro Prattæ Foriulij; tamen re vera ambo Patauini Ciues fuerunt, & earum familiæ inter Patauinas connumeratæ erant. De Bartholomeo Vliario de quo etiam diximus nihil addo, quia fuerunt contemporanei, & hic Bonauentura fuit anterior annorum quinque temporis. Platina in Vitis Vrbani VI. hunc Bonauenturam Carrarium vocat per errorem; A Ciaconio autem Baduarius de Peraga vocatur, & hoc de iure, quia familia Peraghina ex qua ipse Cardinalis Modo Venetiis floret Baduaria nuncupata.

Bonauentura natus est Patauii Anno Domini 1332. die 22. Iunii Religionem S. Augustini ingressus litterarum humanarum studijs, Philosophiæ, & Theologiæ operam dedit, ac Lutetiæ Parisiorum Insulam Doctoratus accepit; Fuitque Orator insignis, ideo iuuenis etiam in obitu Francisci Petrarchę actionem doctissimam habuit, Concionator inde Clarissimus, & Philosophus sapientissimus habitus fuit. Per gradus religionis ad summum Prioratum, seu Generalatum peruenit Anno Dom. 1377. die 17. Maii: sed tandem Anno 1384. die 14. Decembris ab Vrbano VI. Pont. Max. S.R.E. Cardinalis Titulo S. Cęciliæ creatus fuit. Sed quia Ecclesiastica iura totis viribus tutabatur, in odium Francisci Carrariensis Patauij Principis incidit, quare ipsius iussu transiens Pontem S. Angeli Romæ sagita occulta manu emissa extinctus, tanquam Martyr inde cultus est Anno Dom. 1389. & sepultus fuit in Ecclesia S. Triphonis, ex qua postea translatus est ad ædes S. Augustini & in Sacello D. Nicolai de Tolentino tumulatus cum hac insigni memoria.

Hic Bonauentura est: qui doctus dogmate sacro
Augustine tuis iam profuit orbis eremis,
Padua post solio præfectus Cardinis inde.
Anni Milleni decies septemque treceni.
Addito ijs nomen Christi, requiescit in Vrbe
Ciuis Cœli animam, sed possidet ossa sepulcrum.

Super porta maiori inclaustri sui Monasterii Patrum Eremitarum Pataui hæc duo carmina leguntur.

Sceptrum Augustiui clara cum stirpe Peragæ
Cardineumque ostrum stemmata pulcra tibi.

Familia Baduaria olim Patauina ab oppido Peraghæ Peraghina cognominata Venetias se transtulit, vbi Participatia vocata fuit, quia particeps erat Dominii Continentis, & Insularum. Origo ipsius fuit à Gente Arria Romana; & quia Patauii sedem primam habebant, vocabantur Paduarii, quasi Paduę Arrij & inde corrupte Baduarii & ex ipsis Duces primi Venetorum extiterunt. Ab ipsis autem Lendenariam creditur conditam fuisse in Policinio ipsique nomen tribuisse, nam eandem per annos possiderunt cum nobilibus de Cataneis suis effinibus, quam inde Communi Patauii vendiderunt, dictaq; fuit primo de Gente Arria, & inde corruptæ Lendenaria; alii tamen crediderunt terram hanc ab Antenore conditam Antenoreamque dictam, & deinde Lantenariam, idest terram Antenoris, sicut postea corrupto vocabulo Lendenaria dicta est.

Post Bonauenturæ effigiem in hoc thalamo ante figuram Francisci Zabarellæ, idest in medio inter ipsos Cardinales picta conspicitur historia pulcherrima de Liberatione Vrbis Patauinæ è manibus Eccelini de Romano immanissimi tiranni cum hac memoria.



Insignia familiæ Cauacciæ clypeus albus, & cæruleus ut supra.

EX

EX HISTORIA ECCELINI DE ROMANO.

Thomas Cauaccia & Paganus Sala, aliique Nobiles Patauini proscripti Auxiliante Pontifice & Senatu Veneto Patriam à nephanda Eccelini tirannide Vindicarunt An.Dom. MCCLVI.

Sed quia in hoc insigni facto Thomas Cauaccia optime se gessit; & ob suam modestiam Ioannes Cauaccia elogiorum Auctor alia verba facere de ipso nequit; dignum est tanti viri facinus grande non ommittere; hic igitur addã, quę de ipso Rolandinus scribit in Libro de rebus Gestis Eccelini de Romano lib. 8. cap. 10. Quam Cronicam in membranis antiquissimam & pulcherrimam in mea bibliotheca ipsi seruo. Verba autem Rolandini hæc sunt. *Prius tamen quam in toto pateret introitus Crepada prædictus (*hic erat Eccelini Dux clarus*) & quidam secum erant extra a Ponte Corbo exiuerunt; & per ripam fluminis venerunt versus Pratum vbi tunc morabatur Crepada, quem terga dantem de discrimine Pontis Corbi cum sequacibus suis, insecuta est gens signata signaculo Sanctæ Crucis: & inter sequentes fuit Vir prudens & strenuus Tomasius Cauazza in dextrario, & in armis, & videns Crepadam ipsum, cum quadam equitantium quantitate circa xxv. subintrantem domum molendinorum Sanctæ Mariæ de Vantio, velut fugam arriperent, & relinquerent ciuitatem procedere: & venit ad portam Pratti, quam apertã transiens introiuit, & occurrentibus ei duobus militibus aduersæ partis armis militaribus egregiè præmunitis, cum fuisset vsum confractæ lanciæ prudenter operatus in vnum; percussit alterum taliter forti claua, quod in terram cecidit & à peditibus est finitus. Et Petrus Gerardus idem fatetur.*



Sed quia Elogiorum auctor fuit Ioannes Cauaccia, opus est de ipsius familia aliquid dicere. Origo igitur familia Cauacciæ ab Accijs fuit, qui ortum suum referebant ad illum Atym, de quo Virgilius lib. 5. Aeneidum dixit.

Paruus Atys, genus vnde Attij dixere Latini.

Alii ab Antenore Troiano descendisse aiunt. Fuerunt autem Accii Magni, & Cõsulares Romæ, Patauii insignes dicti etiam erãt Actij Attij & aliter. Marcus Accius ex Vxore Iulia C. Iulij Cæsaris Dictatoris sorore Acciam genuit nuptam C. Octauio, ex quibus Octauianus Augustus ortus est.

C. ACCIVS Sen. Rom. errore scriptus fuit CACCIVS vnde Caccia domus sua dicta fuit, Cacciaque illa gens, quæ mirè floruit inter Romanos Senatores, prout etiam Patauij inter Decuriones hic enim translata Caccia gens viros insignes protulit, sed cæteris ommissis.

Ioannes Caccius fuit Canon. Doctor, Eques, Decurio & ac demum Episcop. Patau. & a Conrado 3. Imper. Princeps Vrbis & Imperii creatus, Obiitque Anno Dom. 1149. & in Claustro Cathedralis Ecclesiæ sepultus fuit in Archa marmorea cum hac inscriptione.

Qui

Qui cum prole sua c inthura fulsit equestri
Et qui sacrorum Canonum Doctor erat.
Hic iacet Antistes Caccia de stirpe Ioannes
Cuius nomen humi, mens super astra viget.

Albertus ipsius frater Consul fuit Pataui Anno Dom. 1149. genuit Ioannem.

Ioannes dictus etiam Gnansus Cauaccia cognominatus fuit, miles erat egregius, ideo missus fuit à Repub. Patau. Nuncius ad pacem Constantiæ vt dictum est; & a Serenissima Repub. Ven. inter suos Nobiles cooptatus ipse iurauit fidem Sereniss. Duci Rainerio Zeno Anno Dom. 1253.

Thomas eius filius fuit ille Clarus Vir de quo hic agitur, aliique fuerunt ex hac nobili prosapia Milites Doctores, & Viri Clarissimi.

Familia hęc floruit non solum Pataui & Venetiis, sed etiam alibi & præsertim Mediolani vbi adhuc fulgent Somaliæ Comites, & viri clariss. & insignes sanguine iuncti cum maioribus illius inclitæ Ciuitatis; Bononiæque floret Domus Cauaccia, & ex ea Consules Patriæ & Doctores Gymnasij illius interpres doctissimi.

Placentiæ autem floruit, & ex hac quinque Episcopi orti sunt, cum Obicio Marchione Mortarię Barone Neap. & Nardii Duce.

Venetijs pariter mirè floruit domus ista, coniugia enim quamplurima cum familiis Patritijs contraxit, virosque multos insignes protulit.

Simeon Dux clarus in Creta contra Græcos pugnans occubuit.

Marcus Ant. Vates & historicus insignis extitit.

Guilhelmus sub Rainaldo Estense Ferrariæ Principe Sacræ Fœderationis Generali Duce in Italia operam celebrem nauauit.

Dardius Cauaccia Venetorum Dux omnium primus ingressus Vincentiam ab Hispanis relictam, fortiter ipsam defendit contra Cęsareos 1503.

Ioannes Cauaccia Venetus in Apulia obiit pro Repub. negotiorum Gestor.

Gabriel eius frater Bisantii pro Repub. Residens mortuus est.

Ex dicto Ioanne orti sunt Franciscus Gabriel, & Hieronymus.

Franciscus pro Ser. Repub. multa egit opera, ac facinora.


Gabriel 2. dum Reipub. seruiret in Dalmatia decessit relictis tribus filiabus inde alto loco locatis nam

Laura nupsit Com: Iacobo Leonio, & inde Aloysio Triuisano Nob. Pat.

Fran-

Francisca nupsit Co. Antonio Leonio.
Flosdelixia nupsit Nob. Viro Gaspari Superantio.
Quarum descendentes inter nobiles Venetos fulgent.

Hieronymus, suas in laudes me vocat, hic autem Vir præclarus per annos circiter quinquaginta, magna cum prudentia ac virtute egregiam Reipublicæ, domi, forisque operam nauauit, nam Italiæ Principes primum, deinde Reges Maiores adiit, ad maxima negotia peragenda, Pacis nempe, Belli, Fœderumque, quibus sẽper se gessit. Ipsius quoque Virtus enituit, dum eius opera Italiæ fores reseratæ fuerunt, ac terrestres, & maritimæ copiæ à Principibus eius solertia fuerunt Reipublicæ concessæ. Ob tam eximia aliaque facinora, Senatus, præter morem, Comitatus eum ornauit dignitate, ostendens quam munificus sit in Ciues de Rep. bene meritos. Deniq; postquam fuit ille Serenissimo ordini adscriptus, non cessauit opera in opibus publicam rem iuuare. In publicos vsus sponte, non semel ingentis pecuniæ vim erogauit; ac demum insigne perpetuum munus, iis est impartitus Patritiis, quibus circa Ianuarij Kal. quotannis ius magistratus obtigit eligendi. Grande profecto liberalitatis, ac eius in Patriam, & cumpatritios studij documentum. In priuatis æque, ac publicis rebus, eius semper eluxit splendor. Instructissimũ Musæum, cui Vrbs Ven. Orbis miraculum, par non habet; Ac plane Regium in Diuæ Mariæ ab Hortu Æde, Mausoleum, abundè eius testantur magnificentiam non minus, quam pietatem. Bono publico eum diu sospitet Deus propriæ gloriæ superstitem, & ad Nestoreos annos eius viuidam producat senectutem.



Paganus Sola fuit quoque Patriç Vindex, eo quod contra milites Ansedisii præclara eget facinora familiæ suæ propria, cuius origo anti-


antiquissima è Germania aiunt fuisse, ex eaque quamplurimi Viri insignes Milites,& Doctores omni tempore, & quacumque ætate extiterunt; Hodieque florent Iacobus I. V. D. Primarius Canonũ Interpres in Patrio Gymnasio, Abbas ,& Canonicus Cathedralis Patauinæ , necnon D. Georgius Abbas Casinensis Vir Religiosissimus, & Daniel Patrię Decurio omnium virtutum ornatissimus. Insignia huius familię sunt rastrum cæruleum cum quinq; dentibus in plano argenteo.

Patauinam Vrbem ab Antenore conditam primum Reges Antenorides habuere, post quos Consules, ac deinceps Quatuor Viri Iuri dicundo; Ciuitate Romana donata in Tribu Fabia adscripta fuit, sed post Imperii translationem in Græciam fas est credere Consules tres huius Vrbis regimem habuisse,& ideo vidimus quod Anno Do.421.tres Consules Rempub.Patauinam regebant,prout & alii tres fuerunt ad regimem Insularum, hic autem numerus ternarius adhuc etiam Venetijs inter omnes Magistratus, & officia seruatur. Sed cum inde barbari hanc & tot alias Italiæ Ciuitates euertissent, nulla memoria regiminis sciri potest. Post An.Dom. 1100.inueniuntur quædam nomina diuersorum Consulum scil.bini pro anno,sed pro certo nihil habemus vsque ad annum.1175.

1175 Albertus de Ossa Mediolanensis Prætor, siue Potestas à Patauinis creatus fuit per annum, inde aliquando alii Consules,sed tandem paulo post regimem apud Prętorem mansit,qui tunc temporis erat Dux supremus, & iuris dicendi, & belli gerendi cum mero & mixto Imperio & omnium rerum ius habebat,ita quod quãdo aliquod bellum oriebatur Potestas cum Carrocio & exercitu contra hostem exhibat, & ideo quolibet anno quidem clarus vir extraneus creabatur Potestas,siue Prætor Pataüii.

1295 Prætores duo hoc anno creati sunt, scil. quilibet per sex menses, vnus post alterum.

1311 Patauini Vrbem suam Henrico VII.Imperatori dederunt, a quo Vicarius Imperialis hic missus fuit, sed mortuo Imperatore Ciuitas libertatem suam iterum vindicauit.




1310 Gabriel Capilisteus Episc. Aquensis à Clem. V. fuit Cardin. designatus, cuius effigies in meo museo ipse seruo.



1318 die 24. Iulii Iacobus Grandis de Carraria Dictator, & Do. Paduæ creatus fuit omnium consensu, rexitque Ann. 1. & Mens. 3. & abdicauit, obiitque 1324. 22. Nouemb. In clypeo albo portabat currum rubeum prout & omnes alii è familia Carrariensi orti.

1320 Ob




1320 Ob maximas dissensiones Vrbis, & bella cum Cane Scaligero Patauini Vrbem dederunt Frederico 3. Imperat. qui ipsam cessit Henrico fratri suo Duci Carinthiæ sub quo mansit nonnullis annis; Huius Principis clypeus erat rubeus cum zona, siue fascia argentea.




1328 Marsilius Maior de Carraria Princeps Paduæ 2. creatus fuit; sed cum Nicolao semper certabat.

Nicolaus de Carraria Dominus erat Territorii Patauini & acriter contra Marsilium agebat, & cum Cane iunctus erat.


1328 Tadea filia Iacobi Grandis de Carraria creata fuit Domina Paduæ, quę nupsit Mastino Scallæ, ipsiq; nomine dotis Vrbem Patauinam tradidit.



Scalligeri itaque per annos decem regimen Paduæ habuerunt, & in clypeo cæruleo Scallam auream portabant.




1337 Marsilius Maior de Carraria supradictus pulsis Scalligeris dominium Patriæ acquisiuit fuitque verè Dominus 3.



1338 Vbertinus de Carraria Princ. 4. creatus est.

1345 Marsilius Minor dictus Marsilietus fuit Princ. v. rexit dies 40. & a Iacobo 2. Carrariensi occisus fuit.

1345 Iacobus 2. de Carraria dictus minor fuit Princ. vi.
1350 Iacobinus eius frater fuit Princ. vii.
Franciscus 1. dictus Senior fuit Princeps viii. in primis cum Patruo Iacobino, quo in carcere incluso solus rexit.
1388 Franciscus senior abdicauit cedens Franc. 2. filio dominiū, sed ambo a Duce Mediolani dominio pulsi fuere.



Io. Galleacius Vicecomes Mediolani Dux, & Comes Virtutum pulsis Carrariensibus Pataui Principatum occupauit, in cuius clypeo albo erat serpens cæruleus cum puero in ipsius ore excoriato.




1390 Franciscus 2. dictus Nouellus de Carraria pulso Vicecomite dominium patriæ redemit, fuitque Princ. ix. & vltimus; Vt autem Princeps iustus ab omnibus teneri deberet, instetit cum solemnittae electionem suam fieri debere.

Quare die 8. Mensis Septembris Natiuitati B. Virgini dicatum coram omni populo ad summum campannę redacto in maiori Palatio Albertinus Papafaua Vrbis Confallonerius solemniter ipsi album vexillum vrbis obtulit cum Cruce Rubea, Franciscus Zabarella

barella Decurio baculum argenteum Bartholomeus de Capite Vaccæ Claues, Ottonelus Discalcius sigillum, & Aloysius Cortusius volumen statutorum; & ita iuridice Dominus Paduæ creatus fuit, & inde ab omnibus pacifice obedientiam habuit.

Sed quia viri nobiles prædicti hic nominati sunt, non ommittere decreui nonnulla verba de ipsis.



Albertinus Papafaua Cõfallonerius ad Rainaldũ Marsilieti Patauii Principis originem suam refferre aiebat, & ab ipso nobiles de Papafauis originem suam habuisse fatentur, Domus hæc Patauij mirè floret & ex hac fuerunt milites, & doctores valde insignes, Vbertinus Adriæ Episcopus, & Scipio Frater Magnæ Crucis Eques S.Io.Hieros.& Prior Messinæ, viuitq; Bonifacius frater Eq.SS.Sanguinis Mãtuę; qui cum filiis, & nepotibus ex Marsilio fratre itidem Equite inter Patritios Venetos fuit cooptatus, hæc autem familia mire fulget ideo vna ex quatuor maioribus Vrbis, & omnium prima tenetur iuxta illud carmen

Papafauæ, Docti, Capilistei, cum Zabarellis.

In suis clypeis albis portant Leonem cæruleum cum clypeo ad collum, & super caput auream coronam.

Bartolomeus Capiuaccius præbuit Claues erat enim ex dignioribus urbis uti natus ex familia Equestri dignitate decorata, ex qua milites Doctores, & Ciuitatum Rectores extiterunt, qui connubia cum familiis clarissimis habuerunt. In eorum clypeis rubeis portant tres enses albos cum manicis aureis.

Ottonellus Discalcius Ciuis clarus erat, familia sua olim de Egyptiis dicebatur, ex hac milites & Doctores orti sunt portant clypeum supra aureum cum castro cæruleo, & infra cæruleum cum castro Aureo; Ex hac domo Orti predicantur Marchiones

chiones

chiones de Villa viri clarissimi,& insignes.


Aloysius Cortusius Ciuis Pat. præclarus natus ex Domo nobili & antiqua è Germania oriunda ex qua Doctores,& viri clari orti sunt; portant sbarram siue zonam rubeam per obliquum clypei aurei.

Omnium rerum vicissitudo Franciscus Nouellus de Carraria post tot felicitates decessit,fuit enim Princeps Pat.Taruisij,Feltris, Belluni,Clodiæ,Brixiæ,veronæ,& aliorum oppidorum insignium, cum vellet & Vincentiam occupare quæ Serenis.Reipub.data erat in odium Venetorum deuenit,quare ab ipsis omni dominio & vita cum filijs spoliatus fuit.



1405 die 17. Nouembris Serenissima Veneta Respub.pulsis, & in carcere necatis Francisco Nouello de Carraria cum filijs, Vrbis Patauinæ liberum dominium acquisiuit, & vt supra diximus ab Oratoribus nostris fidelitas Serenissimo Duci iurata fuit.

Michael



Michael Stenno Dux erat Venet. quando Oratores Patauini ipsi fidelitatem iurarunt, & dominium vrbis obtulerunt.



Thomas Mocenicus Diui Marci Procurator fuit primus Patauii Prætor, & inde Seren. Dux Venetiarum.



Zacharias Triuisano Senator Magnus fuit Capit. I. Vrbis Patau. 1411

1411 7. Idus Iun. Franciscus Zabarella ex Præsule Florentino fuit creatus S.R.E.Cardinalis tit.SS.Cosmæ, & Damiani.

1413 Inuenta sunt Ossa Titi Liuij Patauini historici clariss.& in Palatio magno collocata.

1421 Cum Pataui Extimus fieri deberet Ser.Princ.scripsit,quod eligantur nouem Ciues super hac fonctione, vt in hac Ducali.

Thomas Mocenigo Dei Gratia Dux Venet. Nobb. & Sapp. Viris Andreæ Contareno de suo mandato Potestati, & Francisco Bembo Militi Capitaneo fidelibus dilectis salutem, & dilectionis affectum. Vt super facto Extimorum fiendorum in Padua sciatis,quod agere debeatis,mittimus vobis præsentibus iuclusam quandam cedulam, in qua notati sunt modi, qui seruabantur tempore illorum de Carraria, fidelitati vestræ mandantes, quatenus super dictis extimis fiendis eligere debeatis nouẽ Ciues Paduæ; Tres ex Maioribus, Tres ex Mediocribus, & Tres ex Minoribus. Cum solemnitate debita dare debeatis sacramentum, quod dicta extima faciant secundum tenorem cedulę prædictæ, quibus dare debeatis copiam cedulę prædictæ sine nomine illius de Carraria, & prouidendo toto posse vestro, quod per prędictos electos extima prædicta fiant æqualia secundum facultates personarum. Ita quod nemo habeat causam querellæ.


Datę in nostro Ducali Pal.die 29.Mensis Iulij Ind.14.1421.

NOMINA ELECTORVM AD FACIENDA EXTIMA.

Ioannes Zabarella. Ioannes Solimanus. Franciscus Cauealis.	Ex Maioribus.
Antonius Centono. Antonius de Marostica. Christoph. de Brauis.	Ex Mediocribus.
Blasius de Merlaria. Marinus Sartorius. Alexander Amiceij.	Ex Minoribus.

Georgius Marsilius V. Canc. Mag. Com. Paduæ, ext. & subscr.

1430. die 6. Iulii Præclari Comites & Equites Io. Francisc. de Capitibus Liste, & Iacobus de Zabarellis Oratores Ciuitatis Patauinæ obtinuerunt à Serenis. Repub. Ven. Refformationem suorum statutorum, quare in Rubrica 34. Statut. Patauini extant Litteræ Serenis. Ducis Francisci Foscari quibus inserta sunt Capitula dictæ Refformationis.



Capilistia domus olim Transalgarda Germanæ originis vt aiunt cum Forzatea quoque eiusdem sanguinis extitit, antiquissima Patauii

tauii & vna ex quatuor maioribus Vrbis. Ex hac fuerunt Gabriel à Clem. V. Pont. Max. Cardin. designatus, Petrus Patr. Hierosolimitanus, Gauslinus, & Io. Bapt. Episc. Patauini cum tot aliis viris præclarissimis, inter quos prædictus Ioan. Franc. ab Imp. Sigismundo Com. Palat. creatus fuit cum posteris, & ab Eug. IV. Papa missus ad Concilium Basileæ: filios ipse habuit insignes, nempe Gabrielē qui fuit I. C. insignis & Senat. Romæ; annis præteritis floruit Trāsalgardus I. V. D. atque Philosophiæ & Theologiæ, Assessorque insignis, & præclarissimus euasisset nisi fata iniqua ipsum in iuuentute arripuissent. Viget autem modo Annibal in patria ditissimus, & dignissimus Equitum Ductor, & sui temporis Mœcenas verissimus.

Insignia huius familiæ sunt ceruus rubeus in plano aureo cum rosa rubea in ore.




1431. 23. Feb. Gabriel Condulmerius Venetus Sum. Pont. creatus est, & quia nostræ patriæ fuit valde propitius mihi necessarium puto de ipso hæc addere. 1433. Imper. Sigismundum in Basilica S. Petri Corona aurea decorauit; deinde Papa equum consedit, & Imperator tres passus habenas tenuit, Papa ad Vaticanū, Imperat. ad sedem Lateranensem se contulerunt, transeuntes autem per Pontem Castri S. Angeli, Imper. multos Italos & Germanos more solito Equites creauit. Discessit inde Imperator, & Romæ Magni tumultus orti sunt, In arte S. Angeli Antonius Ridius Patauinus Præfectus erat, qui summa sua virtute contra Romanos hostes ipsam deffendit, fuit enim hic Vir fortis & strenuus, & ideo summo Pont. in suis ærumnis maximi auxilij.

Per hoc tempus Ioanna Virago Aureliensis Poncella vocata

ſumptis armis, ac Dux creata Galliæ fere occupatæ ſubuenit, & Anglis ipſius occupatoribus pulſis, ipſam liberauit.

Interim Concilium Baſilienſe inchoatum fuit contra Eug. Pap. ad quem ipſe Eug. miſit Oratores ſuos Bartholomeum Zabar. Archiepiſc. Spalatenſem, & Petrum Barbum Epiſc. Patauinum 1439. Ipſum Concilium Ferrariam transtulit, & quia Præſides illius Concilio parere negabant, miſit ad eos Legatum Io. Franciſcum Capiliſteum I.C. & Eq. Patau. inſignem ut cauſam ſuam tueretur. Mortuis interim Sigiſmundo, & Alberto 2. Cęſaribus Frider. 3. ſiue 4. creatus eſt, quo tempore Concilium Baſilienſe abſolutum fuit, & Florentiæ inchoatum.



1440 Kal. Iulii Ludouicus Mediarota, ſiue Scarāpus Patauinus ab Eugenio IV. Papa primum Patriarch. Aquileienſis inde S. R. F. Card. creatus eſt tit. S. Laurentii in Damaſo Epiſc. Albanus, & Sed. Apoſt. Camerarius, & Cancellarius, de quo ſuo loco.

In Concilio Florentiæ Patres Latini cum Græcis pugnantes rationibus & ſcripturis Sacris obtinuerunt vnionem Eccleſiarum Latinæ, & Gręcę, & præſertim quod Papa Romanus ſit Verus Chriſti Vicarius, cui omnes Epiſcopi parere debeant tam Græci, quam Latini, Spiritum Sanctum procedere a Patre, & à Filio, quod ſit locus Purgatorii, & in pane azimo fiat conſacratio.

1439 15. Kal. Ianuarii. Barthol. Zabarella, ex Archiepiſc. Spalatenſi ab Eugen. 4. Archiepiſc. Flor. creatus eſt, ac illico in Galliam & Hiſ-

& Hispaniam Leg. Apost. missus, ac inde vocatus ad purpuram in Cardinalium Collegium destinatus Ob. 1444. 15. Kal. Maii.

Franciscus Ligaminius ab Eug. 4. fuit Episc. Feltri, & Ferrariæ creatus, & inde a Pio 2. Cardin. designatus obijt 1462.

Io. Bapt. ipsius frater fuit Episcopus Concordiæ ab eodem Pontifice creatus.

1447 Placidus Pauanellus ab Eug. 4. itidem Epis. Parenzi, & Torcelli factus fuit.

1509 Ob fæderationem Cameracensem Respub. Ven. contra omnes Europæ Principes fortiter ressistens multis ærumnis passa est cum amissione fere totius Continensis. Patauium itaque a Maximiliano 1. Imp. captum per 40. dies occupatum fuit, sed illico ductu Andreç Gritti Prouisoris Veneti Inuictissimi pulsis Germanis ad Venetorum dominium restitutum fuit; fuerunt inde bella in hac prouincia cum maximo omnium detrimento, quare Patauii omnes ordines sublati sunt, & ommissi fuerunt. Ita quod Ser. Princ. Litteris suis Ducalibus iussit Ill. Rectoribus quod ordinare, & creare faciant nouum Consilium, ideo in libro Actorum Cancellariæ maioris ad Car. 2. ita scriptum legitur.

1517. Die 14. Mensis Iunii in Cam. Audientiæ Clarissimi Domini Potestatis.

Magg. & Clariss. Hermolaus Donato Potestas digniss. & Iulianus Gradenicus Capit. meritiss. Paduæ exercentes, & exequi volentes omni cum reuerentia litteras, & mandata Exc. Decem cam Addictione diei 4. Iunij Mensis instantis data circa Creationem Noui Consiliy huius Mag. omm. Paduæ, elegerunt infrascript. Spp. Ciues qui habeant eligere ducentos Ciues iuxta formam, & seriem litterarum pro creatione fidenda dicti noui Consilij.

NOMINA DE QVIBVS SVPRA.

Mag. D. Iacobus Zabarella Doctor, & Eques
Mag. D. Gaspar de Obicis Eques
D. Martinus de Mastellarijs Doctor
D. Nicolaus Barisonus Doctor
D. Paulus Dotto Dottor
D. Bonamicus de Bassano Doctor
D. Bernardinus Speronus Doctor

D. Io.

D. Io. Petrus de Mantua Doctor
D. Fridericus de Capitibus Listæ Doctor
D. Valerius de Colonia Doctor
D. Carolus de Ianua Doctor
D. Lucas de Saluionibus Doctor
D. Franciscus de Montesilicis
Sier Bartholomeus Campolongo
ſ. Ioannes de Rubeis.
ſ. Nicolaus de Robertis
ſ. Aloysius de Capite Vacæ
ſ. Antonius de Cumo
ſ. Iacobus Sacardus de Soncino
ſ. Dominicus Senno
ſ. Andreas de Castro
ſ. Hieronymus Linguaccius
ſ. Petrus Ragazzonus.
ſ. Petrus Testa
ſ. Melchior Fasolus

Num. 25.

1545 Ludouicus Co. Sancti Bonifacij Philoph. & I.V.D. Patauii & de Collegio Patauino Moralium Studii Interpres Canon. Pat. & Veron. a Beatiss. Papa Leone X. factus fuit Proth. Apost. suusq; Camerarius & Cubicularius intimus; Nuntius Apostol. Preuost. Sanctæ Crucis Patauii, in familia sua Medicia receptus, & adoptatus cum insigniorum suorum munere, & cognominis, ac tandem S.R.E. Cardinalis designatus fuit, mors autem iniqua præmium laborum arripuit, obiitque A.D. 1545.

Antonius Ianotus Archiepiscopus Vrbini, & Proleg. Bononiæ a Clem. 8. S. R. E. Cardinalis designatus obiit omnium dolore.

Albertinus Barisonus Philoph. & I. V. D. Gymnasii publ. interpres Canon. & Archiepresb. Cathed. Patauinæ, Abbas, & tandem Episcop. & Comes Cenetensis obiit 1668.

Franciscus Zabarella Cardinalis rubro pileo, & galero indutus inde sequitur cum hoc elogio sub ipsius Icone.

Fran-

Patauii
n. Par.
suusq;
euost.
opta-
ndem
iium

noniæ
c.
inter-
andem

adutus

ran-


PAG. 175
FRANC. ZABARELLA Pat. Eminentiss. Iur. Vtr. Interpres. S.R.E. CARDIN. FLOR. Leg. Apos. Concilij Constant. Moderator. Vti Pont. Max. Designatus. Obyt Anno D. 1417 Die 23. Sept. Aet. Suæ LXXVIII
Ingeniū, Mores, et Suadam, Purpura monstrat.
Morte Tiara triplex anticipata fuit.
Sic meritis Dnum sibi quem promiserat Orbis,
Concilio superūm iussit adesse Deus.
INSIGNIA
SOLI DEO
SYMBOLVM

Franciscus Zabarella Iuris Ciuilis, Pontificijque peritissimus. Alterum in patria multos annos publice professus est: super quod reliquit commentarios illos, quorum Eccellentia apud viros doctos satis nota est. Archiepiscopus Florentiæ Christianæ Reipublicæ accerrimus Propugnatur in Collegiū Summorum Sacerdotum cooptari meruit. diuersis virtutibus integritateque vitæ præcipuus. Religionem nostram discordijs Præsidum fere euersam in pristinum robur perduxit. Concilio Constantiensi habito, quo omnium adstantium consensu in primis Sigismundi Pontifex Maxim. renuntiatus, septuagesimum octauum annum agens nondum dimisso Concilio humanis excessit non sine veneni suspicione. Anno Natalis Christi MCCCCXVII. Sepultus Patauij in delubro Sancti Pauli, nunc D. Mariæ maximæ.

Factum fuit inde ipsi Mausoleum speciosissimum, & ditissimum in Ecclesia Cathedrali cuius ipse Archipresbiter fuerat, prout etiã Episcopus electus sed renuit; ibidemque conspicitur ipsius statua marmorea habitu Pontificio, & super illud monumentum ipse quoque videtur galero rubro Christum adorans; sub autem ipsius Archa tale Epitaphium legitur.

FRANCISCO ZABARELLAE.

Florentiæ Archiepiscopo Viro Optimo Vrbi, atque Orbi gratissimo, Diuini humanique iuris Interpreti præstantissimo in Cardinalium Collegium ob summam sapientiam cooptato, ac eorundem animis Pontifici prope Maximo Ioanne 23. eius suasu abdicato ante Martinum V. Ob singularem probitatem in Constantiensi Concilio destinato.
Ioannes Iacobi viri clarissimi filius id monumenti ponendū iurauit. Vixit Ann. 78. Obijt Constantiæ 1417.

Conciues autem omnium applausu, ac totius patriæ propensa voluntate ad tanti viri memoriam in magna Heroum Aula prope Atrium Præfectitium olim Carrariensium Reggia eiusdem effigiem à Titiano pictore famosissimo pingi iusserunt, & sub ipsa hoc monumenti elogium describendum sanxerunt.

Fran-

Franciscus Zabarella Patauinus Christianę Reipub. tutor, Cardinalis merito creatus suis immortalibus Commentaris, quæ in manibus sunt Iuris Pontificij Enigmata nodosque soluit. Cum omni virtute tum vitæ integritate admirandus, Religionem nostram discordijs Præsidum nutantem Concilio Constantiensi in prestinam sedem restituit, quo omnium consensu Pontifex destinatus, octuagesimum fere ætatis annum agens humanis excessit 1417.

Eminentissimus hic Vir dum erat Legatus Apostolicus, & Concilio Constantiensi Præfectus quamplurima egregia facinora egit, vt in sessionibus ipsius Consilii legitur; sed præsertim Pręsulibus omnibusque Religiosis egentibus in concilio mire profuit, quare vti Pater ab omnibus diligebatur venerabaturque. Quare non est mirum si Petrus Donatus ipsius discipulus virtutibus satis clarus qui fuit inde Episcopus Castellanus Venetiarum ipsi Iconem sacrauit miræ pulcritudinis; Vbi pictus videtur ipsemet Cardinalis Zabarella habitu Cardinalitio solemni in plano aureo inter septem virtutes candido amictas habitu in ligno Giparisio, & sub pedibus ipsius hoc elogium inter suę familiæ septem siderum insignia rubro pileo decorata; ipsiusque magnificiens, vti rem insignem in meo Museo adhuc seruo, & est vt in sequenti figura.

Verba autem hic descripta hoc modo legi debent, quod hic addere volui ad rudiorum intelligentiam.

Petrus Donatus hoc tibi Francisca Zabarellæ In lustris Diuinæ ac Humanæ Legis Principi; cui semper Vni magis qua cæteris placere voluit, Monumentum fecit, ut tu qui summus Vir, & Pontifex Maximus habitus es, secum semper esse, & omnibus rebus quas dicet & faciet interesse videari MCCCCXVII.

Gaspar


PAG. 77
P. DON. HOC TIBI F. ZAB. INL. DIV. AC. HVM. LEGIS
PRINC. CVI SEMP. VNI MAGIS QVAM COETERIS
PLACERE VOLVIT, MONVMENTVM FECIT, VT TV
QVI SVM. V. ET PON. MAX. DIGNISS. HABITVS ES
SECVM SEMPER ESSE, ET OMNIB. REBVS QVAS
DICET ET FACIET, INTERESSE VIDEARIS. 1417.

Gaspar Sciopius Comes à Clara Valle & vir doctissimus in libro inscripto Clauis Diuinæ sapientiæ de hoc Viro celeberrimo ita scripsit.

Franciscus Zabarella Cardinalis Vir Sanctissimus maximiq; adhuc nominis non minus propter antiquissimam Romani & Saxonici Generis in Atauis suis confluentis nobilitatem, quam propter summam omnium diuinarum & humanarum rerum scientiam: & paulo post *Hunc Cardinalem Vniuersa Ecclesia Catholica in Consilio Constantiensi Pontificem sibi optabat, & renuntiatus erat, nisi ea n Deus tam bono Pastore indignam iudicans Cœlo illum inferre maluisset. Vnde Sigismundi Imperatoris exequias funeres eius cum omni Concilio cohonestantis, Vox illa audita fuit, Papam sine Tiara efferimus.*

Ideo iure & merito Ioannes Rhodius Danus vir summa virtute sub suprapostia effigie huius Cardinalis hæc carmina subscripsit vt supra.

De hoc viro Eminentiss. omnes auctores Legales, Historici, & Ecclesiastici agentes de viris Illustribus, & de rebus illius temporis, de ipso mira dicunt, quorum verba aut sententias si hic recensere modo vellem, maximum volumen certe conficerem, sat erit ergo hic dicere, quod a Iuris & Canonum professoribus per Antonomasiam & eccellentiam ipse Cardinalis tantum vocatur, & quamquam tot alii Cardinales in Iure & in Canonis scripserint, ipsi proprio nomine siue titulo appellantur, ita quod cum auditur Cardinalis, intelligitur Franciscus Zabarella Cardinalis Doctor; ab aliis auctoribus vero ipse Doctissimus, Sapientissimus, Clarissimus, Fortissimus, Famosissimus, Egregius, Religiosissimus, Eminentissimus, & Santissimus nuncupatus est. Petrus Paulus Vergerius de ipsius vita & morte perlongam & elegantissimã Epistolam scripsit Pogius aut in ipsius funere orauit, in sua vero oratione elegantissima ipsum præstantissimum & sanctissimum coram toto Concilio, & Imperatore Summumque Pontificem futurum ac ab omnibus expectatum, desideratum, designatumq; omnium consensu dicere non dubitauit; cuius Epicherima inde sequitur.


SOLI DEO
S.R.E.CARD.FL.FR.ZABAR.I.C.P.



178 a


BARTH. ZABARELLA Pat. Iur. Vtr. Interpres, et Orat. celeberr. Archiepisc. Spalat. et Florent. Leg. Apost. ad Gall. et Hisp. Reges, ab Eugen. IV. Pot. Max. S.R.E. Card. designat. in reditu obijt die 12. Aug. 1445. Aet. suę an. 46.
Iuris et Eloquij palmam mihi detulit ævum:
Consilijs impar nec fuit arcta fides.
EVGENIJ auspicio Gallis et gratus Iberis
Dum redeo, truncant spes mihi fata viæ.
INSIGNIA
DISSEMINABVNT SCIENTIAM
SYMBOLVM

Pri-

Primus ab altera parte parietis in medio Aulæ Bartholomeus Zabarella Archiepiscopus Spalatensis, & Florentinus, qui inter Cardinales merito connumerandus est, pictus conspicitur, cui subscriptum hoc elogium à Cauaccia confecto legitur.

Bartholomeus Zabarella Andreæ fratris Francisci filius studio Iuris Ciuilis, & Pontificij ætatem cõsumpsit: In hoc publicè interpretando Patauij diù primas obtinuit. Prothonotarius Apostolicus, Archipresbyteratum Maioris Ecclesiæ Patauinæ Optimo sui exemplo rexit. Ab Eugenio IV. Romam euacatus Refferendarios primum, deinde Spalatri & Florentiæ Archiepisc. creatus fuit. Nundum egresso virilem ætatem iniere manus inuida fata sibi. Sutri decessit in reddit u Legationis Hispanicæ S. R. E. Cardinalis designatus Anno Natalis Christi 1445. Aetatis 46. Ossa quiescunt in delubro quo & Francisci Patrui.

Corpus huius religiosissimis Præsulis ex Oppido Sutri in patriã translatum fuit & in eodem Sacello B.M.V. olim Diui Pauli Ecclesiæ Cathedralis, cuius ipsi Archipresbiter etiam erat pulcherrimis exequiis conditum fuit; quod Sacellum ipsemet acquisiuerat, dotauerat, & perpetuo Iurepatronatus familiæ suæ supposuerat, sub Mausoleo Francisci patrui Cardinalis; cuius Sacelli Dominus semper est senior familiæ Zabarellæ, ad ipsumque hoc iuspatronatus spectat; in pariete autem ab altera parte Cardin. hoc Epithaphium legitur sub ipsius insigniis.



BARTHOLOMEO ZABARELLÆ
Archiepiſcopo Florentiæ
Sub Eugenio IV. Maximis in Rep. Muneribus
Singulari cum laude perfuncto
Iuriſprudentiæ Religionis, Rerum Geſtarum
Gloria Clariſſimo
Poſt Hiſpanicam Legationem
Bonorum Omnium Suffragijs
Propenſaque ipſius Summi Pont. Voluntate
Patrui Cardinalis purpuram iam illi
Dfferentibus importune interempto.
Andreas Zabarella Ioannis F. Eques
Ad excitandam in poſteris tantæ
Virtutis Æmulationem P. C.
Obijt Sutrij An. Sal. MCCCCXLV.

Huius Epicherima hic ſequitur.

Ber-



Bernardinus Scardeonius de ipso ſcribens lib. 2. Claſſe 8. inter cætera tandem hæc verba ſcribit.

In Archiepiſcopum Florentinum promotus eſt & demum ab Eugenio IV. Pont. Max. Curiæ Refferendarius electus,. Verum cum mox ad Collegium Summorum Patrum eſſet aſcenſurus morte importuna præuentus, excitatam ex ſuis admirandis virtutibus expectationem omnium moriens fruſtratus eſt.

Antonius Riccobonus de eodem optimo Præſuli etiam ita ſcriptum atque editum reliquit.

Bartholomeus Zabarella Florentiæ Archiepiſcopus ex Andrea Franciſci fratre ortus Iuris quoque Pontificij in Gymnaſio Pat. præcellentiſſimus explicator, cum fuiſſet vt appellant Refferendarius Apoſt. & Archiepiſc. Spalatenſis, atque in Concilio Florentię celebrato rem Eccleſiaſticam mirabiliter adiuuaſſet. Summo Pontif. Eug. IV. ita Carus erat, ut ab eo in Cardinalium numerum ſine dubio cooptandus eſſet videretur. Niſi dum in Hiſpania Legatus immatura morte oblatus fuißet. Atque ille fuit, qui dum Archipresbiter & Canonicus eſſet, nobiliſsimam aram in principe Eccleſia Patauinæ D.O.M. Sanctiſque Apoſtolis dicauit, idoneaque dote dotauit: ac Sacellum ab Epiſcopo Canonicorumq; Collegio impetrauit vbi familiæ ſuæ ſepulcrum conſtrueretur. In qua quidem Ara Antonia Franciſci ſoror & Bartholomei Amita celeberrimam illam B. Virg. imaginem legatam Eccleſiæ collocandā mandauit, quam in populi ſupplicationibus eductam, aut magnorum & aſsiduorum imbrium per Deum cum opus eſt expultricem, aut humidi temporis effectricem vniuerſa hæc Ciuitas merito veneratur.

Fra-

Frater Leander Albertus Bonon. Ord. Heremit. lib. 3. de Viris Illustribus Ordinis prędicatorum in vita S. Antonini Archiepiscopi Florentini ita scripsit cæteris omissis.

Cum enim vacante Florentina Ecclesia post mortem Bartholomei de Zabarellis Archiepisc. Eug. IV. inde mortui locum suffecturus esset, quamplures, &c. Ita nouem mensibus ambiguus suspensusque animo Rom. Pontifex peruenerat. Cui tandem subijcientibus viris religiosis personam Antonini cum iam antea virtutem hominis cognouisset, statim eorum consilijs acquisiuit: & non multo post in Consistorio publico Fratrem Antoninum admirantibus cunctis, ac stupefactis in exaltatione viri, Archiepiscopum Florentinum pronunciauit.

De hac electione S. Antonini post Bartholomei Zabarellæ mortem in Archiepiscopum Florentinum præter tot alios loquitur etiam Alphonsus de Vilegas in libro inscripto *Flos Sanctorum* in dicti S. Antonini vita & eadem quoque ipsi scripsit.

D. Siluanus verò Riccius Camandulensis in libro de Sanctis Hetruriæ ac in vita dicti S. Antonini non solum eadem dixit, sed etiam fatetut ipsumet Bartholomeum Zabarellam Cardinalem extitisse, prout certe erat, non tantum in mente Eugenii IV. Papæ sed etiam eiusdem verbis quæ de ipso dixerat: scribit enim ita hic auctor Italicæ pag. 928.

Auenne che Monsig. Bartolomeo Zabarella Cardinale, & Arciuescouo di Fiorenza passò da questa all'altra vita, la qual noua non si tosto fù saputa in Corte, che molti furon proposti a Papa Eugenio IV. a douer esser in luogo di esso Monsig. Zabarella eletti Arciuescoui.

Verum quia supra cum Antonio Riccobono diximus Bartholom. Zabarellam acquisiuisse Sacellum tunc Diui Pauli modo B. M. V. appellatum; nec esse mihi videtur modo hic nonnulla dicere de hac re tam insigni. Imago Sanctissima B. M. V. miraculis clarissima (vt aiunt) a D. Luca facta fuit etsi alii a Ioto pictore autument, erat olim Regum Neapolis, sed Rex Robertus sapientissimus quando Franc. Petrarcha ad ipsum fuit, vt acto examine doctrinæ suæ fidem facere deberet, eidem Petrarchę imaginem ipsam dono dedit, qui eandem Pataui um transtulit cum ipse Canonicus Patauinus esset, ac Iacobo 2. Carrariēsi Vrbis Principi largitus est, post cuius mortem in diuisione rerum mobilium patris inter Frāciscum seniorem qui patri succesit in dominio, & Marsiliū fratrē, qui fuit Campaniæ Comes; Sacra imago Marsilio obtigit, & ipso defuncto in Flosdelixam filiam deuenit, quę ipsam in dotem tribuit

Petro

Petro Zabarellæ viro ſuo ditiſs. & inſigni; tranſiuit inde in manibus Claręmulieris Antoniæ Zabarellæ Franciſci Cardinalis ſororis & Bartholomei Amitæ, quæ ipſam legauit ſupradicto Sacello Sanctorum Petri, & Pauli in Eccleſia Cathedrali a ſupradicto Bartholomeo iam acquiſito, quod inde illius intuitu, & vſque adhuc B.M.V. nominatur. Ludouicus autem Zabarella vir etiam præclarus Archiprebiter ipſius Cathedralis, & Proth. Apoſt. religioſiſsimus & doctiſsimus genealogiam familiæ Zabarellæ deſcripſit in qua rem hanc ita deſcribit.

Bartolomeus Zabarella Iur. Conſ. excellens Archipresbiter proth. Apoſt. publicè legit Ius Canonicum, Archiepiſcopus Spalatienſis & inde Florentinus factus ab Eug. 4. Sum. Pont. dum Florentiæ eſſet: Dotauit Capellam D. Pauli in Eccleſia Cathedrali ad ſepulturam patrui ſui Cardinalis. Obijt Sutri Anno Dom. MCCCCXLV. Eius vero Amita Antonia Cardinalis ſoror Eccleſiæ Pad. dimiſit Sacram illam Deiparę Iconam ea lege ut ſupra Altare a Nipote ſuo Bartholomeo erecto, atque dotato honorifice poneretur Anno Dom. 1441. Quod pium eius deſiderium a Petro Barocio Epiſcopo Patauino completum eſt A. D. 1492. Summaque in veneratione ſemper habita eſt ipſa ſacra Icona a Clero, & populo Paduano ob innumerabilia beneficia a D. O. M. exhibita interceſſione B. Virginis, ante cuius Iconam quotidie veneratur. Et decretæ ſunt Sacræ Litaniæ ſingulis Sabatis poſt Completorium, quæ nullo vnquam tempore intermittuntur. Eiuſque præcipuè ſolemnitas agitur in die Conceptionis eiuſdem Sacratiſſimæ Virginis, & poſt miſſarnm ſolemnia ſuper ſacerdotum humeros Clerus Vniuerſus, ac Populus Paduanus Sacram Iconam hanc deferunt ſupplices cum ingente cereorum pompa circa Ciuitatis plateas.

Cum autem Bartholomeus Zabaaella ſupradictus fuerit Archiepiſcopus Legatus Apoſtolicus, & S. R. E. Cardinalis deſignatus, etſi a morte præuentus pileum rubrum non obtinuerit, merito hic inter Cardinales Patauinos poſitus fuit; & in thalamo Cardinalium viſitur.

Ab eadem parte parietis ipſius thalami poſt Bartholomei predicti figuram, picta eſt pulcherrima, & antiquiſſima hiſtoria Ciuitatis Patauinæ circa mores antiquos ipſius; & quomodo litibus finis dabatur, vbi loco aduocatorum, & ſermonum armis, & militibus vtebantur, prout in inſcriptione ibidem poſita clarè conſpicitur his verbis videlicet.

EX CHRONICIS PATAVINIS.

Moris erat apud Maiores Nostros, si inter Nobiles homicidium esset commissum; eligebantur duo Campiones (ita vocabantur) armati mascaris ligneis, scuto & baculo pugnantes intra stangatum prope portam Baßanelli; & Pars illa cuius Campio succumbebat cogebatur soluere Fisco certam pecuniæ summam, & sic inter Ciues inimicitiæ terminabantur.

In iis Chronicis etiam legitur quod omnes lites tam Ciuiles, quã Criminales sic terminabantur, & quod eligere solebant duos Brauos (ita dicebantur) qui pedestres erant, seu duos campiones, qui super equos pugnabant, quare adhuc memoria Patauij viget, est enim via, quæ Campionum vocatur & familia Brauorum ab ipsis Brauis oriunda & illa pars victoriam habere dicebatur, cuius Brauus seu Campio victor euaserat.

Post Franciscum, & Bartholomeum Zabarellas floruit Ludouicus Mediarota, qui immo Bartholomei contemporaneus extitit & vltimus Cardinalis Patauinus, cuius imago sequitur cum hoc elogio sub ipsius insigniis hic posito.

Lu-



Ludouicus Mediarota siue Scarampus Patauinus dictus etiam ab Arena quia ab Arenę Dominis originem duxerat, & ob insignia dictus est Mediarota; Primum Philosophiæ, atque Medicinæ operam dedit, inde ad militiam animum vertit, & sub Ioanne Vitellio Copiarum Ecclesiæ Imperatore militiam sumpsit & tam egregie se egit, quod ipso Vitellio defuncto ipse in eius locũ Patriarcha Aquileiẽsis & Exercitus Eccles. Dux factus fuit. Quo gradu inter cætera gesta Nicolaum Picininum Mediolani Ducis militum Generalem Præfectum maximo prælio superauit, qua insigni victoria Ecclesiam Romanam fere elapsam ad pristinum robur restituit. Quare Eug. 4 tanti facinoris intuitu ipsum Cardinalem creauit tit. S. Laurentij in Damaso & S.R.E. Vice Cancell. A.D. 1439. A Calisto III. in Vngariam mißus apud Belgradum sex milia turcarum deleuit; indeque classis Imperator incredibilia damna turcis attulit; Insulasq; Lemni, Taxi, Himbri, aliasque Aegei maris ipsis adimit. Romam reuersus Palatium S. Laurentij in Damaso regiè construxit, Sabellique Castrum restituit. Cum Serenis. Rep. Veneta fœdus perpetuum cum suo Patriarcatu Aquileiæ statuit, vt relictis sibi S. Danielis, & S. Viti Oppidis traditisque tribus mille aureis annuatim Patriarcatui suo Patriæ Foriulij dominium Ser. Reip. manere debeat; & ideo tanti meriti intuitu inter Patritios Venetos cooptatus fuit. Obijt A.D. 1465. 27. Maij.

Huic maximo Viro, & Eminentiſsimo Cardinali poſt annos quadraginta Henricus Hunis tumulum negletum reparauit & hoc inſigne Epitaphio è marmore nomen, & præclariſsimam memoriam reſtituit.

Ludouico Patauino Patriarchæ Aquileiæ, Albano, & D. Laurentij in Damaſo, S, R. E. Cardinali, & Cancellario, quod animi magnitudine, & ſingulari præditus prudentia; cum rem Romanam multitudine hoſtium laborantem, Legatus ab Eugenio 4. in ſplendorem priſtinum armis & victorijs vindicaſſet, Nicolaum Picininum apud Anglariam profligaſſet, agrum Picenum a Franciſci Sfortiæ dominata in deditionem Romanæ Eccleſiæ recuperaſſet, Turcas ſub Caliſto in naualibus prælijs contudiſſet, auctoritatem Romani Pontificatus longe, latèque propagaßet. Domeſticis quoque virtutibus, conſilio, grauitate; continentia plurimis denique in omnes bonos liberalitatis, & beneficentiæ monumentis bellicas laudes ornatiores reddidiſſet. Henricus Hunis Archiepiſc. Tarentinus Pont. Sacrique Senat. a Secretis Aerarij Apoſtol. Præfectus, tantæ virtutis in lucem reuocandæ cauſam quoque veterem ſuam in eum obſeruantiam, hoc recenti pietatis officio teſtaretur, hoc illi monumentum XL. ab eius morte anno, ſua pecunia faciundum locauit Anno ſalutis M. D. V. XII. Kal. Aprilis Vixit Annos 63. M. 4. D. 8.


In Academia Delia Patauii Equitum Patauinorum inter Heroas Patauinos armis illuſtres hic Cardinalis iterum recenſetur cum hoc elogio ſub ipſius figura, armis, & Galea ſub purpura decoratus.

Ludouicus ab Arena Mediarota Pietate an armis inſignior neſcias, etenim ſub Engenio 4. Pontifice Maximo Capys ſumma cum auctoritate Præpoſitus, Florentinis ſuppetias ferens Picininum magni nominis Ducem Hetruriam deuaſtantem, poſt pugnam ancipiti Marte quinque horas acriter vtrinque commiſſam, tandem victoria potitus ad Ducem Mediolani cuius partes tutabatur debellatum ac fractum remiſit. Ob id inter Cardinales cooptatus. Eccleſiæ Cancellarius efficitur. Pluribus vijs Romæ ſtratis. Eccleſiis in priſtinum reſtitutis, aquæductibus inſtauratis tanto ſplendore & Magnificentia Cardinalatus dignitatem auxit, Vt declarauerit, Cardinales iure inter


Prin.

Principes esse connumerandos. Ad Aquileiæ Patriarchatum promotus à Venetiarum Principe Veneta donatus nobilitate, armis togæ superpositis, Calisto III. idem Pontifice obtemperans Turcas circa Belgradum inuadens formidabili prælio desierit dispersit, & Constantinopolim aduolare coegit. Quum præsto esset Rhodijs numerosam Turcarum classem paucis nauibus fulminis in morem protriuit ac demersit. Pluribus Aegei Insulis Hosti Orientali ademptis, alijsque egregie virtutis experimentis editis, tot patratis facinoribus, tot insignibus victorijs terra marique partis, Magno Pompeio non inferior incredibili omnium applausu & acclamatione Romam Victor ingreditur. Moritur non moriturus 1460. Tanti Viri memoriæ ergo.

Huius Eminentissimi Cardinalis, & fortissimi Ducis numisma antiquum plumbeum & autenticum aliaque aerea seruo in meo Museo, in quo ab vna parte effigies ipsius conspicitur cum his litteris *L. Aquileiensium Patriarcha Ecclesiam restituit*; Littera L. Ludouicus significat; ab altera vero videtur tropheum insigne cum his litteris *Ecclesia Restituta*; & subtus *ex alto*. Tandem hic addam eiusdem stemma quod pictum cernitur ab Andrea Mantinea in muro Meridionali Ecclesia Sanctæ Luciæ Patauii.



Iacobus Aluarotus vltimo loco in hac Aula pictus videtur cum hoc Elogio à Cauaccia confecto.



Iacobus Aluarotus Iuris Ciuilis Pontificijque Consultus. In Ciuili vsus est præceptore Bartholomeo Saliceto, in Pontificio Francisco Zabarella qui postea Cardinalis, Annos XVI. Patauij publicè professus est. Reliquit super feudis Commentarios. Sepulcrum eius in templo D. Antonij Confessoris cum Epitaphio a nobis facto.

Iacobus Aluarotus Aluaroti F. Ciuilis
Pontificiique Iurisconsultus priuatim &
Publicè clarus, in traditionibus Feudorum
Eminentissimus; in hoc delubro quiescit.
Excessit anno a Christi Natali MCCCCLII.
XIIII. Kalend. Iuliij.

Domus Aluarota Patauij floret fuitque Marchionis titulo decorata, ex Hungaria fuit ipsius Origo, & Pataui est eiusdem sanguinis cum familia Sperona, ex vtraque parte & sub vtroque cognomine viri clari, & Illustr. orti sunt, sed præsertim ex Aluarotis fuit Iacobus prædictus, & ex Speronis, Speronus Speronus vir Doctissimus in omnibus scientijs Doctor, & Eques præclarus, cuius Effigies in Palatio Patauino videtur quæ ipsi decreta fuit intuitu Comitis Iacobi Zabarellæ tunc Decurionis & ad Vtilia Deputati, qui pleno Concilio partem posuit & obtinuit.

Spe-

Sperono Speronio Sapientissimo Eloquentissimo
Optimo & viro & Ciui
Virtutem, meritaque acta vita, sapientiam
Eloquentiam declarant scripta
Publico decreto Vrbis Quatuor Viri P.
Anno à Chr. nato MDXCIV. Vrbis vero Cond. MM.DII.XII.

Clypeum habent supra aureum cum duobus calcaribus rubeis, & infra rubeum cum calcare aureo.

Addenda hic esset Genealooia familiæ Zabarella prout Ioannes Cauaccius in parte superiori vti interstinium Aulæ descripta cum figuris virorum eiusdem familiæ, sed quia Burchardus Brudercenius a Cauaccio factam ampliauit ordinauit & edidit, laborem huius hic describam, cum de re propria absurdum sit loqui, ideo quæ alii dicunt subiungam.



Ad

AD ILLVSTRISS. COMITEM

Et Eruditissimum Equitem

D. IACOBVM ZABARELLAM

Historicis Genealogicis & rerum antiquarum Commentarijs insignem

PRODIGIVM.

Mortua resurgunt, Lapsa reuiuiscunt,
Noua non noua, vetera non vetera.
Celebres celebrent
ZABARELLA COMITEM,
Temporum tempora cultorem colant;
Calamus sonans, calamus scribens,
ZABARELLVM Laudet calamum
Antiquitatis Nouatori debent antiqui,
Antiquatori nouitatis tribuunt noui,
Interfectricis interfectorum, interfectori, refectori,
Phęnici rerum felici,
Ingeniorum Alpha, studiorum Omega;
QVI
Raptoris liberalis raptor,
Prædatori prædam prædatur.
QVI
Inuida tela Parcæ confringit:
Honorificæ vitæ fila connectit.
QVI
DEI ęmulator formantis
Genealogicum Mundum reformat.
Principiorum Principum præcipuum principium,
Baculum, quo verberatur obliteratio,
Quo sustentatur ætas.
Speculum seculi splendidum.
Annalis anuli lepidus lapis.

Radi-

Radicalis nobilitatis custos,
Regius egregius Primordiorum seruator,
Initialium intimus inspector,
Profundorum illuminator,
Perditorum redemptor.
Vere reflorescentis honoris,
Stipitum aridorum Regerminator,
Senescentis Naturæ iuuenescens scriptura.
Tutor, restitutor, aurator, restaurator
Originum.
Obitus obitus, Ortus ortus.
Memorabilis immemorabilium testis.
Distincta distantis imago.
Lynx præteritorũ, perspicillum absentium, remotissimorũ pupilla.
Expergisculum obliuionis.
Perpetuæ libertatis perpetuitatis liber.
Docta vernix renouatrix annorum.
ÆVI Lucerna loquens.
HISTORIÆ MEMORIÆ GLORIÆ
Limes, Limax, Limen.
Per TE penetralia patent
Per TE rediuiua sunt humana
Per TE progenies venerantur.
Edaci dente Lethum voraret omnia,
Ni FATO benigno sapiens limula deroderet, exederet.
Igitur
Sidero expecta characterismo scriptum
Luce Phębea nomen;
Ac
Mercedis debitæ illustris laboris,
Qui cunctos superabit, quæ cuncta superabit
ARA sit Ara
TIBI.
Gab. Lazarius Sec. Ven.


IACOBVS ZABARELLA PAT. CREDATII IMPERIIQVE
COMES, HISTORICIS, GENEALOGICIS, ET RERVM
ANTIQVARVM COMMENTARIIS CLARVS
MAG: CRV: EQV: S: GEORGII ET PRIOR HIEROSOL:

DE AVGVSTA
Regiaque Origine, & Nobilitate
FAMILIÆ
ZABARELLÆ

Ex Ioannis Cauacciæ, Gaſparis Scioppij Comitis à Claraualle, & aliorum clariſſimorum virorum Commentarijs deducta.

STVDIO ET OPERA

BVRCHARDI BRVDERSENII
Brunſuicenſis.



Patauij, Typis Iacobi de Cadorinis, MDCLXX.
Superiorum Permiſſu.

DE ORIGINE,
Et Nobilitate Familiæ
ZABARELLÆ:

IMPERATORIIS Familijs, vnde Mantuanus Dux aliquam duxit originem (ait Scioppius) in meis Gonzagicis Stēmate 16. Zabarellam inseri minimè mirabitur, qui fidem non abrogat compluribus viris eruditis Zabarellas testantibus Patauij demum dici cœptos pro Sabarinis, & Sabarellis, quod illis nomen factum fuerit cum prius Sabatini audirent. Calorium verò Sabatinum gradu 19. qui primus Patauium appulsus familiam ibi Zabarellam condidit, a Sabatinis Romanis Corneliæ gentis profectum locupletes rerum Bononiensium auctores minimè habent dubium. Nam & Romanos Bononiam anno ab V.C. 564. tria ciuium suorum millia in coloniam misisse, auctor est Liuius Lib. 38. quorum alios nobiles, alios plebeios fuisse non est cur quis ambigat, & Bononiæ inter antiquissimas, ac Nobilissimas præcipuæque potentiæ familias Sabatinam plurima vetustatis monumenta numerant. Sabatini vero cognomentum vni ex pluribus gentis Corneliæ familijs hæsisse, satis exploratum habent, qui veteres saxorum inscriptiones plusculum triuerunt. Cornelia autem gens non modo Scipiones, Cinnā, & Sullam Reipublicæ Romanæ Principes; Pium, Cornelium, Siluestrum, ac Simplicium Pontifices Romanos, Hermetem Præfectum Romæ, cum Theodora eius sorore clarissimos Martires, sed etiam duos Valerianos, totidem Saloninos, & Saturninos, Gallienum, Celsum, Balbinum, Tacitum, Florianum, & Auitum Cæsares, & Imperatores produxit, vt eam inter Imperiales nominari nemini indignum videri debeat.

Bononiam autem translati diù summam eius tenuerunt, Vbi ex Sabatinis orti prædicantur SS. Martyres Hermes, Aggæus, & Caius, quorum Ecclesię ius penes Sabatinos, & Zabarellas adhuc seruatur S. Simplicius Episcopus Veronæ Anno D. 490. Sabatinus I. Episcopus Cenetæ 731. Sabatinus II. Genuæ Antistes fuit Caroli Calui Imperatoris Elector. Sabatinus III. Episc. Ferrar. 964. Beatus

Sabatinus 4. Diui Franciſcus Apoſtolus; Sabatinus 5. Epiſcop. Tiburtinus 1281. Arnaldus Epiſcopus Bononienſis 1322. Vincentius Sabatinus 6. Epiſcopus Vulturarienſis in Principatu Regni Neapolitani Anno Do. 1519. Andreas Sabatinus inter Nobiles & Patritios Venetos adſcriptus floruit Anno Dom. 1090. genuitque Bonfilium I. Guidum I. Philippum I. Ioannem, & Tiberium I. quorum Guidus fuit ſtipes Sabatinorum Bononienſium, Philippus Neapolitanorum, & Ioannes Venetorum, Tiberius vero Dux 200. militum fuit in Paleſtinam contra Turcas & tot alij. Bonfilium ait Alberengus in Venetarum familiarum Chronico fuiſſe de Conſilio Reipublicæ Venetæ, & cum aliis Nobilibus ſubſcripſiſſe priuilegio cuidam Ducis Dominici Michaelii Anno Domini 1122. Alius itidem Nicolaus memoratur, qui virtute ſua & conſilio cauſa fuit, vt claſſem Venetam Genuenſes internecione non delerent Anno 1379. Celebris quoqe fuit Paula Sabatina Nob. Veneta Vxor Ioannis de Baſiliis, ac mater Baſilii D. Marci Procuratoris, & Auia Ioannis itidem D. Marci Procuratoris, à quibus Principes omnes Chriſtiani originem ducunt. Ex Bonfilio natus eſt Rolandus qui Bononiam reuertus eſt, vbi genuit Calorium 3. & Philippum 2. Milites claros, qui ſub Friderico I. Augusto mire floruere, ille in Italia hic in Germania, vbi cum linea Comitum Solmenſium defeciſſet ſola puella ſuperſtite, Philippus hic ob eius maxima merita ab ipſo Imperatore dictam puellam in Vxorem habuit, & cum ipſa illius Vrbis dominium obtinuit, fuitque huius ſanguinis Comes primus Solmenſis Anno Dom. 1170. Quare in Cronicis legitur ipſum quoque interfuiſſe quibuſdam ludis Martialibus XI. Coloniæ celebratis Anno Dom. 1178. Ab hoc autem orti ſunt Comites Solmenſes in Braunfels, Lich, Lubach, Montzemberg, Sennūuualt, Greiffenſtein Pouch, & aliis locis minime obſcuris. Cum Principibus Magnis connubia contraxerunt, & ex ipſis Præſules religioſiſſimi, & Heroes incliti pace belloque præclariſſimi prodiere; hodiernoque tempore inter S.R.I. Comites, & Principes connumerati ſunt, & maxime fulgent. Quorum tamen ſublimior gloria eſt deſcendiſſe à Corneliis & Scipionibus Patritiis Romanis ab Agamemnone Grecorum Imperatore oriundis vt D. Hieronymus fatetur, quare ipſius magni Principis inſignia Leonidis viridis in plano aureo adhuc gerunt, quibus etiam Sabatini, & Zabarellæ eiuſdem ſanguinis pariter vtuntur.

Calorius Sabatinus 3. Patauii 1. Eq. Bonon. & Gibellinorum Dux.

Dux valde potens patriæ gubernatione pulsus sub Imperatore Friderico Ænobarbo Tribunus insignis, Cæsareæque partis in Italia Commiss. Dux & defensor propter spectatam in eum fidẽ in agro Patauino oppido Plebis Sacci cum Comitis Imperialis appellatione ab eodem Imperatore cum descendentibus suis masculis donatus est, Equesque Cæsareus creatus, & proprio septem aureorum siderum 4 in plano cæruleo & 3 in Zona rubea, stemmate insignitus Anno Do. 1180. Cum antea Leone viridi in plano aureo cum cruce rubea in manu, & rosa rubea in aure, ac super caput tribus liliit aureis in colore celesti portaret. Hic domum suam Pataui cõstituit, Arcem Sabatinam condidit, multa rura prædiaque comparauit, & Familiæ Zabarellæ originem dedit; cuius vxor Lucretia Henrici Bouerii de Carrecto Marchionis Sauonæ filia, Bonifacii neptis, Hermanni Ducis, & Marchionis proneptis, Theti abneptis, Alerami Marchionis Montisferrati abneptis; Guilelmi Guidone, seu Vuidechindo Saxone geniti, similiterque Othonis 2. Imperat. trineptis, Regiam & Augustam Saxonici generis nobilitatem in filios & posteros Zabarellas propagauit: vt de Scioppii sententia non habeant quinque Imperatores, vii. Imperatrices, xv. Reges, Septemdecim Reginæ, cur maiorum memoriam relegentes, eos ab eodem Calorio ac posteris eius prognatos esse doleant, & Zabarellas sibi consanguineos aspernentur; cum præsertim, vt alios non minus propria virtute quam sanguinis nobilitate præstantes prætercam, CARDINALEM FRANCISCVM ZABARELLAM Iurisconsultorum, omniumque sui temporis sapientum principem familia ista produxerit, quem virum perpetua vitæ innocentia & sanctitas vniuersæ Christi Ecclesiæ cognitissima in Constantiæ Concilio, cui ille præsedit, ad Summum Pontificatum vocabat, omnium nationum voluntatibus, & studiis in honorem eius conspirantibus. Sed *quia mundus eo non erat dignus* (id quod vel ex compluribus eius libris nemini intelligenti obscurum esse potest) cœlo eum Deus asseruit, frustratis omnium bonorum Ecclesiæ renouationem, aureumque planè sæculum ab eo Põtifice exspectantium votis, ac suspiriis: vt ipse etiam Sigismundus Imper. funeris eius exsequias cum vniuerso Concilio prosequens dolenter queri auditus fuerit, cum diceret. *Nunc enimuero Pontificem sine sacra tiara efferimus*. Quis est porro tam ab omni humanitate alienus, qui non sibi gloriosum ducat, aliquam sanguinis necessitudinem habere cum Clariss. COMITE IACOBO ZABARELLA

RELLA Philosopho Peripateticorum omnium facilè principe. Qui cum esset Latinè non vulgariter doctus , nec Hebræarum & Græcarum litterarum imperitus, vel ipso sermonis genere, & disserendi placabilitate ac modestia facilè lectoribus suis probauerit, numquam se non satis meminisse, quidque genere suo dignum foret. Meritò proinde sua eum ciuitas, quoad vixit in amoribus ac deliciis semper habuit, nec aliter quam *Patrē Patriæ* venerata est, summam eius prudentiam, & auctoritatem vbicumque res posceret, sibi præsidio, ac tutelæ esse gaudens. Et hæc Scioppius in Epist. ad Illustriss. & Excellentissimum Georgium Contarenum Senatorem Venetum, & Præfectum Patauinum scripta Anno Dom. 1642 itidem in Auraica Co. Iacobi Zabarella stemma 101. ac in Epist. ad eundem Co Iacobum & deniq; in suis Gonzagicis Originibus stemmate 16.

Calorii verò posteritas ad hæc vsque tempora idoneis documẽtis comprobata Patauii viget, extatque victrix eorum Genealogia in Populi Patauini tabulariis, vbi videndi eius copia nemini negatur: quod nulli aliæ familiæ Patauii nec forsan alibi contigit. In qua serie videntur etiam Rolandus Adriensis & Laurentius Asculanus Episcopi doctrina, sanctitate, & miraculis insignes; Bartholomeus I.C. doctissimns Archiepiscopus Spalatrensis, & Florentinus, Leg. Apost. ad Concilium Basileæ, & ad Galliarum ac Hispaniarum Reges qui ab Eug. IV. Pont. Max. S. R. E. Cardinalis designatus obiit in itinere Anno Dom. 1445. annorum 47. Paulus summus Philosophus, & Theologus Episcopus Argolicensis, & Archiepiscopus Pariens. Ioannes Philosophus Theol. & Mag. Ord. Prædicatorum Diui Ioannis Vincentini discipulus. Calorius IV. I.C Canon. Pat. Proth. Apostolicus, & Vicarius Generalis Archiepiscopi Florentini. Bartholomæus, Alidusius, & Ludouicus Protonotarii Apostolici. Franciscus Barthol. Obicius Aurelius, & Iacobus Abbates. Francisci tres Bartholomæus, & Ludouicus Archipresbyteri; ac septem Canonici Ecclesiæ Patauinæ. Barthol. 2. I.C. Eques Ferrariæ, Bononiæ, Carpi, Mutinæ, aliarumque Vrbium Prætor, Florentiæque Profectus, & Romæ Senator Illustriss. Similiterque tres Petri, tres Andreæ; duo Ascanii, Bartholomæus, Daniel, Onophrius, Io. Andreas, Achilles, & Iulius summi Duces, Ductores, & Tribuni diuersorum Principum. De Petro autem 2. Magno & Diuite nuncupato multa egregia facinora leguntur, sed præsertim de gestis in Lusitania Scardeonius scripsit. *Ita inde in maxima celebritate Illu-*

strium

strium Heronm honoris præmium, & laudis coronam reportauit; quo insigni facto nihilo ma gis patriam, quam vniuersam Italiam obnoxiam sibi reddidit; hanc quod Patauinus, illam vero quod Italus esse noscebatur. Comites item Equites, & Viri Doctissimi omni ætate conspicui ex hoc sanguine extiterunt: Domus hæc connubia multa contraxit cum Principibus magnis, & cum tot familijs Illustrissimis Italiæ, & præsertim cum Carrariensibus, Polentanis, Vicecomitibus, Pepulis, Piis, Facinis, Carrectanis, Palæologis, Collaltis, Malatestis, Languschis, Sauornianis, Angussolis, Sanbonifaciis, Pratensibus, Rouerellis, Trissinis, Thieneis, Portis, & aliis; cum multis Patricijs Venetis, & cum omnibus maioribus patriæ; sicuti etiam in Regno Neapolitano cum Spinellis, Brancatijs, Moschinis, & Ciginolfis Casertæ Tilesiæque Principibus. Fuerunt enim Zabarellæ in ipso Regno magni quoque & potentes, Nobilesque, & Collectores Sedis Capuanæ: tandem oppidum insigne Sancti Venditi, aliaque nobilia Castra possederunt, ac inter Regni Feudatarios descripti leguntur. Ita in hac Veneta ditione opibus pollentes habuerunt Castra Plebis Sacci, Arcis Sabatinæ, Aris, Gurgisoli, Alturarum, Sancti Viti, Sancti Angeli, & Buschi de sacco, Calaonis, Cerri, Credatiique, ac alia, ne plura memorem, ruraque & prædia infinita. Ideoque non est mirum, si de ea scriptum sit: *Accenso domus hæc illustrior igne*, & quod inter quatuor Princeps patriæ suæ familias à scriptoribus enumeretur, cum legatur.

Papafauæ, Docti, Capilistei cum Zabarellis.

Et insuper quod ab aliis domus ista Præstantissima vrbis nuncupata fuerit. Iure itaque Sigismundus Imperator verè hanc Familiam Regiam dixit, & in diplomatibus Co. Iacobum I. Magnificum, Venerabilem, & Illustrem appellauit, Equitemque Draconici ordinis constituit: quæ dignitas solis Principibus concedi solebat: quem pariter Ioannes 23. Pont. Max. Romæ Senatorem creauerat, & Oratorem ad diuersos mundi Principes miserat, ipsum Domicellum, & Baronem nuncupando: sub Martino V. Comiss. Apostol. & diuersarum Ciuitatum Præses, ac sub Eugenio 4. Senator Romanus secundo extitit quo gradu mortuus est. Natus hic erat ex Andrea Zabarella, & Montesia de Polenta Bernardini Rauennæ Principis filia, quare ipsius fuit Gener, & Dux; ac ex Margarita Pia de Carpo Carolum Equitem genuit conspicuum Coniugem Ceciliæ Michaeliæ Angeli Eq. & Sen. Veneti filiæ, ac ex ea patrem Co. Iacobi III. qui à Friderico III. & Maxim. I. Imp. electus

fuit

fuit Consiliarius, Commensalis, Commissarius, Cubicularius ab Aurea Claue, Baro, & Eques Cæsareus, ac Comes Imperialis cum liberis, & posteris primogenitis in perpetuum. Huius filius Co. Iulius Eques splendidissimus omnia priuilegia Familiæ suæ ab aliis Imperatoribus olim concessa à Ferdinando I. Cesare confirmata in filium Co. Iacobum Philosophorum Coryphæum, & omnium virtutum exemplar transtulit. Hic filios suscepit Comites Iulium Philosophiæ & Mathematicæ peritum, Antonium in patria conspicuum, & Franciscum Musicæ, Poesis, & Philosophiæ doctum; Cuius vxor fuit Imperatrix de Barisonis ex insigni genere Vigonze, seu de Dominis Villæ Gonzæ, idest Villæ Conradæ: Gonza autem familia siue Conrada fuit inter Longobardos Regia, & antiquissima, ac Agelmundum Regem ipsorum gloriosissimum produxit, ex qua fas est credere familiam de Vigonza ortum & nomen habuisse, cum penes scriptores omnes ipsam ex Germania originem duxisse legatur; Ex hac igitur nobilissima, & præstantissima fœmina Co. Franciscus Zabarella genuit Comitē Iacobum, Ioannem militem, Iulium Tribunum, & Claram Andreæ de Michaeliis Senatoris Veneti coniugem. Iacobus autem Imperii, Calaonis, Cerri, Credatiique Comes, & Eques Cæsareus ac S. Georgij, Magnusque Prior Hierosolimæ successor Co. Guidi Peguli Marchionis Prædec. Historicis, Genealogicis, & rerum antiquarum Commentariis clarus, qui porrò cum nobilitate, & virtutibus notissimus esset, Romæ inter Patritios & Senatores cum filiis, & descendentibus suis adscriptus fuit; sicut etiam ipsius intuitu ab Illnstriss. Bononiæ Senatu in forma amplissima Ciuilitati Bononiensi ipse cum tota familia Zabarella, vti a Sabatinis Bononiēsibus oriunda, restitutus est. Vxores habuit præclarissimas, primam nempè Ignatiam vnicam filiam Francisci Comitis Collalti ex Zollerensium Principum, & Merouingorum Galliæ Regum sanguine orti, ac Margaretæ eius vxoris filiæ Octauii Baronis Prati, & Domini Segunzani; ex qua Co. Martium, qui obijt exactis mensibus 18. & duas filias Æmiliam videlicet, & Imperatricem genuit. Altera verò est Lucretia Malatesta ex Arimini & aliarum Ciuitatum Principibus, filia nempe Sigismundi Patritij Veneti, & Aureliæ Caracciolæ ipsius vxoris matronæ Neapolitanæ Nobilissimæ, quę ipsi adhuc edidit Comites Scipionē & Sigismundum, ac Theodoram infantes miræ pulchritudinis & præstantiæ, quos omnes Deus ad senectutem perducat.

Ori-

Origines autem huius Eminentiſs. familiæ à primis orbis Principibus centum ſtemmatibus deſcribere ſtatui, omniaque ſumma diligentia deduxi, fretus antiquis lapidibus, glauiſſimis ſcriptoribus, ac tot publicis priuatiſque documentis, necnon auctoribus ijs præcipuè, qui Principum Genealogias litteris conſignarunt. Ex quibus etiam planum fit, à Zabarellis complures Imperatores, Reges, ac Magnos Principes originem duxiſſe, quod pariter ex iſtis ſtemmatibus conſtabit: vt vel hinc pateat, primæ per Italiam paſſim nobilitatis familias a Zabarellis deriuatas, Auguſtis Regiiſque hiſce originibus hac ratione potiri, domumque Zabarellam ſibi ſanguine iunctam non immerito gloriari poſſe.

Militiæ Equeſtris

ORDO ✠ S.GEORGII

Conſtantinianæ.

VNIVERSIS, & ſingulis præſentes noſtras viſuris pariter & lecturis Illuſtriq. & Dilecto D. Iacobo Zabarella *Comiti Credatij Imperijque &c. Vtramque felicitatem, & omne bonum.*

Eo magis veneratione digni hominum cœtus, quo Viros Nobilitate conſpicuos Maiorum imaginibus claros, pietate, ac morum candore, & honeſtate ſpectabiles complectuntur. Hinc NOS *ſaluberrimo hoc Pharmaco Ordinis Noſtri antiquo vigori conſulentes, ac virtutis neruos fouere ſatagentes, ne ſenio labefactatus vires amittat auitas, ſed vt nouis tuæque gentis, ac tuis fulcitus ſplendoribus clariſſimorum præceſſorum ſentiat reuiuiſcere vitam, refocillare decreuimus. Scimus enim* Te *quod nullibi, ac nemini gentium ignotum, præclara natum, ac antiquiſſima Bononiæ* Sabatinorum *familia à Cornelijs Romanis oriunda, quæ poſt Patauium translatæ cognomen* Zabarella *acquiſiuit, Sacræ Purpuræ dederit ne, an ab ea fulgorem acceperit dubium eſt; ſed Palladis, Martiſque dotibus Clariſſima pro certo habemus experientia docti, & de hoc Ordine noſtro* Te *optime meritũ aperte cognouimus, dum rebus noſtris ſalubria conſilia adtribuiſti.* Te *igitur inquimus* Comitem Iacobum Zabarellam *q. Illuſtris Viri Comitis Franciſci ac Nobilis Mulieris Imperatricis Bariſonæ genitum, ſicut Paterna, Maternaque Auiæ pariter nobilitate conſpicuæ fuere, illa nempe ex Ca-*

uacijs Patauij familia antiquissima, hæc ex eadem familia de Barisonis: Ordine Torque Maiori, & Cruce Nostra Magna donandum censuimus, vt (quod ex nobis est) gratum cognoscas animum. Quo circa præsentium litterarum nostrarum patentium in priuilegij formam existentium vigore, Te Comitem Iacobum Zabarellam *Magnum Priorem Hierosolimæ dicimus, declaramus, ponimus, constituimus, & creamus loco q. Illustris viri D. Com. Guidonis de Pepulis Marchionis Pradæ Patritij Bononiensis vltimo loco defuncti. Ita vt omnibus, & singulis gratijs, honoribus, dignitatibus, priuilegijs, & indulgentijs vtaris, fruaris, & gaudeas, quibus ille Comes & Marchio Guido Pepulus, cęterique Nostri Ordinis Equites Cruce Magna signati, & decorati sub titulo Sancti Georgij Magni, ac Regula Sancti Basilij vtuntur, fruuntur, & gaudent, ac frui, & gaudere possent, & valeant. Quod* Nobis Tibiq; *iam Fratri nostro Magnæ Crucis Equiti, letum, faustumq; sit. In quorum fidem præsentes nostras fieri iussimus Ordinis Nostri Sigillo pendente munitas, in alboq; nostro registratas dedimus.*

Trid. vi. Kal. Octobris Anno a Christo Nato MDCLII. ab Ordine viro Incoato MCCCXXXVI. D. Hieronimo Bisaccione, & D. Dominico Cardona Lusignano VV. Coss.


Maiolinus Administr. & Mag. Cancell. Ordinis, &c.

Registrata fol. 32.

Marcus Antonius Montalbanus Pro Canc.

PRI-

PRIVILEGIVM ROMANVM Comiti Iacobo Zabarellæ Patritio Patauino Concessum. A.D. M.DC.LV.



NOS HONVFRIVS MARGANVS, HYACINtus de Bubalis, & Don Cæsar Columna ex Domini Montis Albani Almæ Vrbis Conseruatores.

De Illust. Viris D. D. Comit. Iacobo, & Scipione eius Filio de Zabarellis Nob. Patau. Romana Ciu. Donandis.

S. P. Q. R.

Auctoritate qua fungitur, ita fieri censuimus.

CVM ad augendam seruandamque Rempublicam non tam in Ciues Romanos meritis, ac nobilitate insignes præmia, honoresque conferre, quam exterorum hominum Virtutem benigne excipere more Maiorum statutum sit, atque etiam vt ad summa vere laudis fastigia ardentius quisq; contendat,

tendat, ad ipsamque Remp. ornandam, & tutandam alacrior fiat, illorum exemplo suis, quos digna laboribus præmia consequutos videat, natura comparatum sit. Cumque Nos illustres Viros D.D. Comites Iacobum & Scipionem *ex Nobili & Antiqua* Zabarellorum *Familia ortos acceperimus, eosdemque singulari in* Populum Romanum *studio, fide, & obseruantia semper fuisse, nihilque indignum Viris ingenuis, & contestata, ac perenni Maiorum suorum Virtute vnquam fecisse, fidem ac iusiurandum piè sanctèque coluisse planè cognouerimus, eorum denique Virtus, integritas, bonitas, & in rebus agendis industria* Nobis *satis probatæ sint, ob eas res iustis de causis existimauimus, & decreuimus prædictos* D. D. Comites Iacobum, & Scipionem de Zabarellis *sic postulantes, amplissimo hoc munere decorandos, Romana Ciuitate donandos inque* Senatorum *Ordinē merito cooptandos esse, prout præsentibus nostris auctoritate prædicta eosdem* D.D. Comites Iacobum, & Scipionem *decoramus, ac Ciuitate donamus, Decernimusque, vt prædicti* D.D. Comites Iacobus, & Scipio *eorumque Liberi, Nepotes, Posteri, ac Successores in perpetuum libere possint in* Senatum *venire, sententiam dicere, Magistratus gerere, Sacerdotia obtinere, bona libera atque immunia habere, ijsque immunitatibus, honoribus, gratijs, & priuilegijs vti, fungi, & potiri, quibus Ciues Nobiles, Patricijque Romani nati, aut iure optimo facti sunt, vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere solent, debent & possunt. Quodque præfati* D.D. Comites Iacobus, & Scipio *quique ab ipsis venient omnes* Ciues Nobiles, Patritiique Romani *sint, secut Ciues Nobiles, Patritijque Romanni nati, eodemque iure sint, Gentemque habeant, S.C. auctoritate firmiter statuimus. Quæ, vt maiorem auctoritatem & robur habitura sint, Secreto Publicoq; in Consilijs confirmanda reseruauimus. Qui impediet, sciat Senatum existimaturum eum contra Rempub. fecisse. Quæ vt nota, testataq; in posterum essent, ab Actis Publicis, in quibus hæc continentur, & seruantur, præsentes fieri, solitoque* Vrbis *sigillo communiri, ac ab eiusdem Sacri Senatus Scribis subscribi mandauimus.*

Ex Capitolio Anno ab Vrbe condita MM.CCCC.VII. Post Christum Natū MDCLV. die oct. Mensis Decemb.

Nos Hyacintus Fuscus Sacri S.P.Q.R. Scriba.

Franciscus Risius Sacri S.P.Q.R. Scriba.

Regist. in Canc. Mag. Ciu. Patau. in lib. L ad cart. n. 103. die 2. Apr. 1656.

Sebastianus Pasteca Canc.

PRI-

PRIVILEGIVM BONONIENSE
SIVE
RESTITVTIO FACTA
Ad Primæua Ciuitatis Bonon. Iura


CO. IACOBO ZABARELLÆ,

Cœterisque eiusdem Familiæ Nob. Pat.

Per Senatus Consultum Bononiense.

GASPARE BOMBACIO

Viro Illustrissimo, Vnoque ex Excelsis D. D. Vrbis Antianis Consulibus Postulante.



Die xv. Nouemb. M.DC. LVIII.

Congregatis Illustriss. D.D. Refformatoribus *Status Libertatis Ciuitatis Bononiæ in Aula eorum solitæ Congregationis in Numero XVIII. Infrascriptum partitum inter ipsos positum, & legitimè obtentum fuit, vt*

infra

infra, videlicet. Cum D.D.Comites Iacobus *q.D.Co.Francisci, Franciscus q.D.Co.Iulij, & Bonifacius olim D.Io.Francisci, Achilles q.D.Camilli, Lepidus & Ioannes Baptista q.D.Aurelij & Leonides dudum alterius D.Leonidis omnes e stirpe* Zabarella *Patauina, suam ex Antiquissimo genere* Sabatinorum *Nobilium Bononiensium Originem per Plura Authentica Documēta probauerint, ac propterea ad Primæua Ciuitatis Iura sese redintegrari petierint.* Patres conscripti *tot Præclarissimorum virorum præcibus, vt par est, annuere volentes, simulque Patriam hanc veluti postliminio huiusce* Nobilissimæ Familiæ *decorare satagentes; Publico decreto Viua Voce Illustriss.* D. Prioris Senatus *nemine penitus discrepante prolato, Eosdem* D.Comitem Iacobum, *cæterosque de* Zabarellis *supra recensitos, & à prædicta* Familia Sabatina *genus trahentes, vna cum eorum, & cuiuslibet eorum filijs & descendentibus ad Primæua Ciuilitatis Bononiensis iura redintegrarunt, atque omnino restitutos fore censuerunt. Hoc insuper addentes, vt si quando supradicti D. D. de* Zabarellis, *vel eorum aliquis Bononiam ad habitandum se contulerit, & in hac Ciuitate verum, & actuale domicilium contraxerit, Omnibus Prærogatiuis cum ad Honorem, tum ad Vtilitatem spectantibus, quibus Cæteri Veri & originarij Ciues gaudent & potiuntur, perpetuo vti, frui, & gaudere valeant. Contrarijs haud obstantibus quibuscunque.*

Ita est. Cosmus Gualandus Illustrissimi Senatus Bononiensis Secret.

Registr. in Cancellaria Illustriss. Bonon. Senat. in Libro Mand. & Priuileg. Folio 71.

August. Orta Illustriss. Sen. Bonon. à Secretis Cancellar.

Locus Signi Illustriss. Senat. Bonon.

1658. Ind. xi. die Merc. 18.
Reg. in Canc. Mag. Ciuit. Pad. in Reg. Duc. L. ad fol. 129.
Ann. Lugo Canc. Mag. Ciu. Pad. M.

DO-

DOMINICVS CONTARENO D. G. Dux Venet. &c.

VNIVERSIS & Singulis Rectoribus Magistratibus Iusdicentibus. Officialibus nostris, & præsertim Potestati & Capitaneo Taruisij & successoribus significamus.

Come hauendo li Proueditori Nostri sopra li feudi con l'auttorità che tengono dalla S. N. col Senato intesa l'humile, & riuerente instanza fattali dal fedel Nostro Conte Giacomo Zabarella Nobile della Città nostra di Padoua riuerente dimandante, che essendosi già molti anni amogliato cõ la Nob. Donna Ignatia figliuola del fedelissimo nostro il Co. Francesco di Collalto, ne hauendo egli hauuta la sua dote, và creditore della medesima *prò & interusuri*, per il che volendo il sodetto Nob. H. suo Suocero renderlo in qualche parte sodisfatto, come è giusto, & conueniente, e però gli hà dato cesso & rinontiato il luoco di Credazzo è Castello hora distrutto, & questo con li suoi terreni, & con tutte le ragioni, che à tali beni s'aspettano, il qual Castello, & terreno sono capitati pure in Casa Collalto per causa di dote cesso dalli Caminesi al fedel Co. Rambaldo di Collalto sin' l'anno 1321, & poi dal fedel Conte Manfredo Collalto al Co. Gio. Battista Proauo del sodetto N. H. Co. Francesco sin' l'anno 1543. come chiaro rissulta da publici Instromenti d'acquisto. Ma perche ambi li sodetti Conti Collalto, e Zabarella Suocero & Genero vnanimi desiderano che detto Castello di Credazzo, e beni a quello annessi siano conosciuti col titolo di Feudo Retto, Legale, Nobile, & Gentile; però in tal guisa il sodetto N. H. Conte Francesco lo rinonria, & il preacennato fedel Co. Giacomo Zabarella lo riceue, e ne supplica humilmente la Inuestitura, essibendosi come fedelissimo Vassallo, & Feudatario di adempire tutti gl'oblighi che à simil feudo s'aspettrano. Et hauendo essi Proueditori Nostri osseruato quanto si deue in tal materia, e tolt'anco le conuenienti informationi da gl'Auocati nostri Fiscali, & Consultor in iure con la visione delle scritture a tal effetto præsentate, stimando giusta & ragioneuole l'instanza sodetta. Cõsiderate da noi le qualità conspicue della Nobilissima Casa Zabar. & li meriti molti che in tutti li tempi gl'huomini ben degni di questa fameglia han' contratto con la S. N. con l'effusione anco del

pro-

proprio sangue, & recentemente li figliuoli del sodetto fedel Conte Giacomo, il quale per se stesso anco con le proprie virtuosissime opere s'è reso meriteuole, e degno d'ogni publico gradimento. Habbiamo col tenor della presente inuestito il sodetto fedel Co. Giacomo Zabarella del luoco siue Castel di Credazzo posto nel territorio Triuisano con tutti li suoi terreni, & con tutte le sue habentie & pertinentie col titolo di Feudo Retto Legale Nobile, & Gentile, & ciò per lui e descendenti maschi di legitimo matrimonio nati in infinitum, & con tutte quelle ragioni, attioni, prerogatiue, rendite, & emolumenti à detti beni spettanti, & pertinenti. Et perche il predetto fedel Co. Giacomo Zabarella hà genuflesso prestato il debito giuramento di fedeltà nelle mani delli sodetti Proueditori Nostri sopra li Feudi nel modo qui sotto espresso, restando anch'esso fedel Co. Giacomo obligato a tutte quelle cariche, & oblighi a quali sono tenuti li veri Vassalli secondo la natura de feudi, e legge nostre Feudali; però habbiamo commandato che gli sij fatto il presente documento d'Inuestitura, qual vogliamo che sij & si intendi sempre senza alcuno benche minimo pregiuditio delle publiche ragioni & di cadaun'altra persona.

Mandantes de præmissis hoc publicum confici documentum, bullaque nostra argentea pendente muniri. Quare mandamus vobis vt super omnia in ea contenta obseruatis, & ab omnibus inuiolabiliter obseruari, in Actisque vestræ Cancellariæ registrari publicari, præsentantique restitui faciatis.

Datum in nostro Ducali Palatio die Decimoquarto Mensis Iunij Ind. XV. MDCLXII.

EXEMPLVM SVMPTVM EX LIBRO EXTIMI Q. D.Co.Io.Baptistæ de Collalto scripto manu sp.D.Matthei Puppeti Not. Taruis. De anno Dom. 1556.

De Castro Credatij.

Castrum Credatij positum apud Collaltum cum ædificijs suis, & cum tota Iurisdictione dicti Castri, & sui territorij etiam cum expressa omnimoda, & absoluta potestate, arbitrio, & balia Vtriusq; gladij, & cum omnibus priuilegijs prærogatiuis honoribus & præheminentijs, & cum suo nemore dicto Costa Curta, necnon pascuis, ripis, montibus, & alijs rebus & bonis ad ipsum Castrum spectantibus, & pertinentibus & quæ spectare

spectare, & pertinere poßunt qualitercunque, & quomodocumque, & cum omnibus iuribus habentijs, & pertinentijs suis intra hos confines videlicet. A mane riuulus de Credatio dilabitur, a Meridie Curtina de Credatio partim et partim terra Pizzoli de Credatio mediante via per quam itur ad montem de Credatio, a Sero Riuulus de Sitada de Posmono dilabitur mediante dicta via per quam itur ad dictum Montem Credatij: A Monte est suus Mons, qui dicitur Col Maurus, & si que aliæ forent cohærentiæ veriores, &c.

Cæteris ommissis.

Ego Hieron. a Cornu f.q.D.Io. Bapt. publ. Imp. auctoritate Not. suprad. omnia, & sing. de mand. Illustr. D.Co. Io. Bapt. de Collalto scripsi, & subsc.

COPIA TRATTA DALLA FILZA DEI Titolati Essistente nel Magist. Eccellentiss. de i Feudi.

Illustriss. & Eccellentiss. Sig. Proueditori sopra li Feudi.

PEr obbedir'alli proclami di V.V. E.E. in essecution delli decreti dell'Eccellentiss. Senato; Vengo io Co. Giacomo Zabarella Cau. auanti questo Eccellentiss. Tribunale a dimostrarli, che cō ragione li miei maggiori & ancor' io siamo chiamati Conti. Le dico adunque prima riuerentemente come la nostra Casa Zabarella orionda già dalla fameglia Sabatina di Bologna, che anco ne secoli passati ha goduta la Nobiltà Venetiana è stata sempre fedelissima, e deuotissima a questa Sereniss. Rep. dal tempo che Francesco Zabarella il Cardinale le portò le chiaui, & li diede il dominio di Padoua sino al tempo presente, hauendo tanti di essa mostrato chiaramente la sua diuotione, altri col sparger' il sangue, & altri con li studii, & opere virtuose, trà quali ancor io con le stampe di molti libri, & con la vita de miei figliuoli credo hauer fatto conoscere la mia suisceratezza verso il Sereniss. Principe. Tralasciati adunque Calorio primo nostro Auttore, che da Feder. I. Imper. fù fatto Cau. & Conte di Pioue di Sacco, & Giouanni che da Conrado Rè de Romani fù fatto Co. di S. Vendito. Dirò solo di Giacomo I. che con Carlo suo Figliuolo da Federico 4. Giacomo 3. da Massimilian Primo, & Giulio Primo da Ferdinando Primo Imperatori Romani furono fatti Conti Imperiali, & Caualieri Cesarei con li loro figliuoli, & posteri primogeniti in

perpetuo. Si che essendo io vero descendente dalli sopradetti & primogenito per la detta ragione sono chiamato Conte; & perciò bramando io esser tale da VV. EE. conosciuto & confirmato, diuotamente la supplico di così terminare, & che il nome di me Co. Giacomo Zabarella, del Co. Scipione, & del Co. Sigismondo miei figliuoli, & de nostri descendenti in perpetuo sia descritto nel libro d'oro de Veri titolati, come Conti Imperiali confirmati da San Marco, acciò ad imitatione de nostri maggiori possiamo impiegarsi più degnamente in seruir questa Serenifs. Repub. qual N. Sig. Iddio si degni prosperare, & perpetuare in eterno. Gratie

Adi 14. Zugno 1662.

Veduta, & admessa dalli Illustriss. & Eccellentiss. Sig. Proued. infrascritti.

Francesco Bembo } Proueditori sopra li Feudi.
Marc'Antonio Corer
Antonio Maria Bernardo Proued. sopra li beni Communali.

Adi 10. Aprile 1662.

Supplica presentata nel Magistr. Eccell. sopra li Feudi dal Fedel Conte Giacomo Zabarella da Padoua per esser descritto nel lib. de Veri Titolati, &c.

Hieronymus Veronensis Doct. Coad. Mag. Eccellentiss. super Feudis.

Priuilegia autem Imperialia supra nominata sunt quæ sequuntur, scilicet Friderici Tertij, siue Quarti; Maximiliani Primi, & Ferdinandi Primi, quæ in Libris Excellentiss. officii Feudorum sūt registrata, approbata, & confirmata a Sereniss. Senatu Veneto die prædicta 14. Iunii 1662.

G E-

Priuilegium Friderici IV. Imperatoris

Concessum Comitibus Iacobo & Carolo de Zabarellis.

FRIDERICVS Diuina fauente Clementia Romanorum Rex Imp. semper Augustus Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex; ac Austriæ, Carinthiæ & Carniolæ Dux. Dominus Marchiæ, Sclauoniæ, ac Portus Naonis, Comes in Habspurgh, Tirolis, Phirensis & in Kiburgh, Marchio Burgouiæ, & Lantgrauius Alsatiæ Spectabilibus Viris Iacobo & Carolo de Zabarellis *Ciuibus Patauinis, fidelibus, & ab eo Imperio procreatis Sacri Lateranensis Palatij Comitibus Imperij, Equitibus Cæsareis, seu Militibus Consiliarijs, Secretarijs, Commissarijs S.R.I. Fidelissimis, ac Dilectissimis gratiam nostram Cæsareā & omne bonum. Septrigera Cæsareæ dignitatis sublimitas sicut ex inferioribus potestatibus Officij & dignitatis elatione præfertur, vt Commissos sibi fideles aptatæ consolationis præsidia gubernet, quo Tronus Augustalis tanto solidetur altius, & vberiori prosperitate proficiat, quando indesinenter suæ virtutis donaria largiri benignitatis munere fudisset in subiectos, sicut a coruscante splendore Imperialis solij nobilitatis aliæ vel ut radij à Sole prodeuntis: Ita Fidelium status, & condictiones illustrant, quæ primæuæ lucis integritas minoritate luminis detrimento non patitur. Immo amplioris vtique rutilantis iuberis expectato decore perfunditur dum in circuitu Sedis Augustæ spectabilium Comitum, Baronum, Nobilium & Procerum numerus ad Sacri Romani Imperij decorē fideliter adauget. Sane ad notabilem, & multum considerandam vestræ circumspectionis industriam, & virtuosam fidem erga nos & S.R.I. deuotam constantiam, quibus magna rerum experientia nos docuit circa nostros & S.R.I. procurandos honores prudenter cura peruigili hactenus claruistis, & quotidie claretis, & in antea eo quidem feruentius & sedulius clarere poteritis, & debebitis, quanto maioribus prærogatiuis vosmetipsos sentiatis consolatos. Nostræ Maiestatis oculos, ac interna meditationis acie singulari quadam feruentia gratiosius dirigentes. VOS & Vestrum singulos cum liberis & posteris Primogenitis in perpetuum quos virtutum claritas, laudabiliūq; morum venustas speciali decore reddit insignes, animo deliberato sano quoque Principum Comitum Baronum, Consiliariorum Nostrorum, & Imperij Sacri fidelium dilectorum accedente Consilio ex certa nostra scientia, immo motu proprio & Imperialis plenitudine potestatis Sacri Lateranensis Palatij Aulæque Nostræ, & Imperialis Consistorij Comites S.R.I. & Palatinos,*

Equites, ſeu Milites, Conſiliarios, Commiſſarios, & Nobiles ac familiares noſtros, Continuoſque Commenſales facimus, creamus, erigimus, nobilitamus, attolimus, & auctoritate noſtra Imperiali inſignimus. Decernentes & hoc Imperiali ſtatuentes edicto, vt VOS & Veſtrum quilibet vt ſupra in infinitum ex nunc, & in antea omnibus priuilegijs Iuribus, & immunitatibus honoribus Conſuetudinibus, Libertatibus & exemptionibus frui debeatis, & gaudere quibus S.R.I. & Sacri Lateranenſis Palatij Comites, Equites, Milites, Conſiliarij, Nobiles, & Familiares Noſtri hactenus freti ſunt, ſeu quomodolibet potiuntur conſuetudine, vel de iure. Et in ſignum ſpecialis gratiæ familiaritatis, & nobilitationis, vltra inſignia veſtra antiqua leonis, & ſeptem ſyderum vobis, & cuilibet veſtrorum ſucceſſorum vt ſupra in infinitum Aquilam noſtram Imperialem cum duobus capitibus coronatis in clypeo aureo, & ſuper galea aperta ac cimerio veſtro cum ſuis aureolis coronatis cum alis apertis in campo aureo cum clypeo vel caſſide coronato cum ſuis pampanis ſparſis, claram damus, ac motu proprio concedimus de plenitudine Imperialis Maieſtatis. Volentes VOS & Vnuſquiſque Veſtrum & deſcendentes veſtri vt ſupra cum ſubditis ſocijs, & familiaribus ſeu famulis veſtris vbique locorum Ciuitatum Terrarum, vel Agrorũ Nobis ac Sacro Imperio ſubiectorum arma quæcumque diffenſibilia, & offenſibilia diu noctuque cum lumine, ac ſine lumine abſque vlla licentia Dominorum quorumcumque & Officialium deferre & portare & deferre facere, volentes etiam ſi in his ciuitatibus, & locis edictum, ſtatutum, conſuetudo, præceptum & mandatum factum vel fiendum in contrarium obſtaret, quibus obſtantibus derogare, & derogatum eſſe volumus. Quodque poſſetis VOS, & quilibet Veſtrũ & deſcendentes in infinitum vt ſupra per totum Rom. Imperium & vbique terrarum conſtituere, et ordinare Comites Palatinos, Milites vel Equites Aureatos ſimilem, ſeu limitatam habentes auctoritatem; Militeſque creare & inſignire, atque inſignia Militiæ ſibi Auctoritate noſtra Imperiali traddere & exhibere præſtito prius ab ipſis militibus in forma conſueta Iuramento, quod erunt nobis, & Sacro Imperio & omnibus Succeſſoribus Noſtris Romanorum Imperatoribus legitimè intrantibus fideles nec vnquam erunt in conſilio vbi periculum noſtrum, ſeu eorum tractabitur, ſed bonum & ſalutem Noſtram pro viribus procurabunt, Ponteſque, ſtratas, Pupillos, Virgines, Viduas, Eccleſias, & Pia loca pro ſua poſſibilitate defendent, & promouebunt, cæteraque alia facient, quæ facere tenentur & debent conſuetudine, vel de iure. Doctores in Vtroque Iure, Artiumque Liberalium Theologiæ, & Medicinæ conſtituere, Poetas facere & creare vt moris eſt, per impoſitionem coronæ Laureæ in omnibus Ciuitatibus, & locis, in quibus hæc fieri contingerit; ſibiq; auctoritatem & licentiã

prębere legendi docẽdi, gloſandi, interpretandi & doctorandi, ac Cathedram Magiſtralem aſcendendi, cunctaque omnia alia faciendi, & exercendi, ac ſi per Nos aut Collegia publica ſtudiorũ approbatorũ publice facti, aut creati fuißent, & quod vti poſſent omnibus priuilegijs, honoribus, dignitatibus, immunitatibus, & indultis, quibus gaudent cęteri Milites, Doctores & Poetæ Laureati: ſtatutis quibuſcumque, vel iuribus non obſtantibus, quibus expreſſe per tenorem priuilegij ſibi concedendi derogamus ſpecialiter & expreſſe, etiamſi talia eſſent, quod in preſenti priuilegio noſtro deberent exprimi & de eis fieri mentio ſpecialis. Volentes, & hoc Imperiali noſtro ſtatuentes edicto, quod omnes, & ſinguli Comites, Equites, Milites, Doctores & Poetæ per VOS, vel deſcendentes veſtros vt ſupra, ſeu aliquem veſtrum creandi, & faciendi gaudeant & gaudere poſſint & valeant omnibus priuilegijs, preheminentijs, iuribus, honoribus, dignitatibus, & exemptionibus, ac ſi per Nos, & Collegia ſtudiorum quorumcumque approbatorum publica quacumque auctoritate facti, ſeu inſigniti eſſent. Dantes & concedentes Vobis, & cuilibet veſtrum & deſcendentibus in infinitum ex certa noſtra ſcientia, motuque proprio, & de plenitudine poteſtatis noſtrę omnimodam facultatem licentiam, & auctoritatem derogandi ſemel & pluries ratione præmiſſorum omnibus & ſingulis priuilegijs & conſuetudinibus, & ordinationibus factis & fiendis Collegiorum Doctorum Iurium, ſeu Medicorũ quarumcumque Ciuitatum prædictarũ in caſu quo obſtarent, quod in eorum Collegijs non admittatur quis, niſi fuerit approbatus per Collegia ante dicta, ſummeretque conſuetudines & eorum ſtatuta, dummodo Docti ſufficienteſq; ſint & idonei ſuper quo conſcientiam veſtram oneramus. Quod etiam poſſitis & valeatis VOS & quilibet Veſtrum, & deſcendentes Veſtri vt ſupra in infinitum per totum Romanum Imperium, & vbilibet Terrarum facere & creare Notarios publicos, & Tabelliones Iudices Ordinarios, ac vniuerſis perſonis, quæ fide digna habiles & idonei ſint Notariatus ſeu Tabellionatus, aut Iudicatus Ordinarij Officium dare & concedere. Non obſtantibus ſtatutis & conſuetudinibus, & Matriculis Collegiorum Notariorum quarumcumque Ciuitatum, & locorum prædictorum in contrarium facientibus, quibus ſpecialiter & expreſſe derogamus, eoſdemque Notarios, & eorum quemlibet auctoritate Imperiali per pennam & calamarium inueſtire, dum tamen ad practicam & executionem eiuſdem officij habiles & idoneos inuenietis ſuper quos conſciẽtiam veſtram oneramus; dummodo ab ipſis Notarijs, ſeu tabellionib. et Iudicibus Ordinarijs, & eorum quilibet per VOS vel Veſtrum aliquos, ſeu deſcendentes veſtros faciendis, vel creandis ut premittitur Vice, & nomine Imperij & pro Rom. Imp. debitum fidelitatis recipiatis corporale, & proprium iuramentum in hunc modum videlicet. Quod

erunt nobis, & S.R.I. & omnibus ſucceßoribus noſtris Roman. Imperatoribus legitime intrantibus fideles, nec vnquam erunt in Concilio vbi periculum noſtrum, ſeu eorum tractabitur, ſed bonum noſtrum, & ſalutem noſtram pro viribus promouebunt, & damna noſtra pro ſua poſſibilitate euitabunt & euertent: Propterea inſtrumēta tam publica, quam priuata, vltimas voluntates, teſtamenta, Codicillos, quorumcumque Iudicum acta, & omnia alia & ſingula, quæ ipſis, vel ipſorum cuilibet ex debito dictorum officiorum fienda occurrent, vel ſcribenda pure & fideliter omni ſimulatione machinatione falſitate, & dolo ſemotis ſcribent, legent & facient non attendendo odium pecuniam, munera, vel paſſiones alias, aut fauores: ſcripturas vero quas debebunt in publicam formam redigere in membranis mundis, aut in cartis abraſis, atque papyris fideliter conſcribent, legent, & facient, cauſaſque pias Hoſpitalium & miſerabilium perſonarum, necnon & pontes & ſtradas publicas pro viribus promouebunt, ſententias & dicta Teſtium donec publicata fuerint & approbata fideliter retinebūt, ac omnia & ſingula rectè et iuſte facient, quæ ad dicta officia quomodolibet pertinebunt de iure. Quodque Notarij publici ſeu Tabelliones et Iudices Ordinarij per Vos et Veſtrum ſingulos et deſcendentes Veſtros creandi, et fiendi poſſint per totum S. R. I. & vbilibet Terrarum facere conſcribere, & publicare contractus inſtrumēta, Iudicia, Teſtamenta, quaſcumq; vltimas voluntates, decreta, & auctoritates interponere in quibuſcumque contractibus requirentibus illa vel illas, & omnia alia & ſingula dicere, facere, publicare, & exercere, quæ ad officium publici Notarij, ſeu Tabellionis, & Iudicis Ordinarij pertinere, & ſpectare noſcuntur, non obſtantibus ſtatutis, matriculis Notariorum, & Ordinibus Conſuetudinibusque Ciuitatum & locorum quorumcumque etiam ſi talia forent, quod debeant exprimi, & de illis fieri mentio ſpecialis. Item eadem auctoritate Cæſurea præmiſſa ex certa noſtra ſcientia, motu proprio & de plenitudine Imp. Pot. Vobis & cuilibet Veſtrum prænominatorum & deſcēdētibus veſtris in infinitum concedimus, & largimur, quod poſcitis & valeatis. Naturales, Baſtardos Spurios, Manſeres, Nothos, Inceſtuoſos copulatiuè, & diſiunctiuè, & quocūq; illicito, & dānato coitu procreatos viuētibus, & etiam mortuis eorum parētibus legitimare, etiam ſi Pater eorum haberet deſcēdētes ex ſe ex legitimo matrimonio, & eoſdē reducere ad ſtatum primæuę naturæ, quo omnes legitimi vocantur, & eos reducere per omnia ad ſtatum ac ſi ipſi eſſent de legitimo matrimonio procreati eoſque ad omnia iura legitima reſtituere, & reducere, omnemq; genituræ maculam penitus abolere ipſos reducendo ad omnia & ſingula ſucceſſionum iura, etiam ab inteſtato cognatorum, vel agnatorum & ad honores dignitates, & ad ſingulos actus legitimos, ac ſi eßent de legitimo

matri-

matrimonio procreatos; dummodo legitimandi cum legitimis æquis portionibus ſuccedant. Inſuper eadem auctoritate Cæſarea præmiſſa concedimus & impartimur, quod VOS & Veſtrum quilibet, & deſcendentes vt ſupra libere in perpetuum poſſitis adoptiuos filios facere, conſtituere, & ordinare, naturales & legitimos, & adoptiuos emancipare & emancipationibus quibuſcumque cum vindicta, vel ſine, auctoritatem noſtram, et decretum interponere, & licentiam præbere naturalium reſtitutionem plenam; IVS anullorum aureorum concedere; Et eos, & quoslibet alios Ciues Romanos & Ciuitatum & Locorum prædictorum creare facere, & conſtituere, ita quod vti & perfrui poſſint priuilegijs, immunitatibus, libertatibus exemptionibus, & beneficijs Ciuium quarũcumq; Ciuitatũ, & Locorum, ac ſi Originales Ciues, & Antiqui forent, ac procreati in dictis Ciuitatib & Locis in quibus hæc fieri contingerit. Quodq; etiam poſſitis omnes contractus emptiones, & acquiſitiones quaslibet alias factas, vel faciendas per quoſcumq; Officiales perpetuos, vel tẽporales quocumq; nomine cenſeantur, vel per eorum Vxores, filios, vel familiares, dummodo vobis conſtet ipſos contractus emptiones, & acquiſitiones non fuiſſe factas per vim, metum vel impulſionẽ, auctorizare, approbare, confirmare, & emulgare, & eius auctoritatem Imp. interponere, pronuntiare noſtro Imp. nomine eos, & eas obtinere debere propter roboris firmitatem præcepta facere in confeſſos, & breuiter omnia quæ ſunt de Iuriſdictione voluntaria exercere, & etiam controuerſia dum tamen inter volentes etiam derogantes quæ fiunt per modum Iuriſdictionis voluntariæ minoribus, vel maioribus læſis, & iuſta cauſa & integra reſtitutionem concedere. Necnon & infames aut periuros, ac notatos infamia, vel falſitate ſeu alio crimine ad priſtinam famam & dignitatem reducere, reſtituere, & redintegrare quolibet damnatos reſtituere. Bonaq; vacantia intromittere Imp. nomine, & adminiſtrare; VOS & Veſtrum ſingulos & deſcẽdẽtes veſtrum in perpetuũ vt ſupra Procuratores noſtros, & Fiſci noſtri conſtituimus. Quod etiam poſſitis veniam ætatis concedere ſupplicantibus, et eis conceſſa in timones ſuſcipere, ac omnia & ſingula alijs quibuſcumq; concedere poſſitis facereq; & dicere, quæ Notarij publici, & Iudicis Ordinarij ex officio exercere, ordinare, aut docere, vel facere poſſunt tam de conſuetudine, quam de iure. Quodq; etiam poſſitis quoslibet ignobiles nobilitare, & eis concedere, quod vti poſſint priuilegijs, honoribus, munificẽtijs, & libertatibus quibus vtuntur Nobiles, Milites, ac Militares, ac ſi fuiſſẽt de Nobili ſtirpe, & militari proſapia nati, dum tamẽ debitum fidelitatis præſtent iuramentum vt ſupra; Concedentes Vobis, & cuilibet veſtrum in ſolidum & deſcendentibus in perpetuum, quod omnia & ſingula prædicta licite exercere, dicere, vel facere valeatis, & quæcumque in prædictis,

vel

vel circa prædicta feceritis, aut super nos facta forent volumus obtinere perpetuam roboris firmitatem. Cæterum cupientes Vos speciali honoris titulo insignire eadem Cæsarea auctoritate ex certa scientia imo motu proprio, & de plenitudine potestatis, & Imperatoriæ Maiest. VOS & Vestrum singulos & descẽdẽtes vestrum vt supra in Familiares Nostros & Successorum Nostrorum, Commissarios perpetuos & continuos Commensales, & Domesticos creamus; & elegimus, ac deputamus, aliorumq; numero aggregamus VOS denique ac vestrum singulos tam natos, quam nascituros, & descendentes Vestros in perpetuum Nobiles & Ciues Romanos, ac quarumcumq; Ciuitatum & Terrarum Nobis, & Sacro Imperio subiectarum facimus, creamus, & ordinamus, & gaudeatis priuilegÿs, beneficÿs, immunitatibus, prælationibus exemptionibus, & commoditatibus Nobilium Ciuium Romæ, & dictarum quarumcumque Ciuitatum & locorum. VOS denique & Vestrum singulos & descendentes in perpetuum vt supra facimus, & volumus perpetuo fore immunes & exemptos ab omnibus oneribus angarÿs muneribus taleis, datÿs, impositionibus, tam realibus, quam temporalibus suscipientes VOS, & quemlibet vestrũ et descendentes in perpetuum cum omnibus rebus vestris, mobilibus, & immobilibus corporalibus, seu iurisdictionibus sub nostra tutella & nostri membri dictione, ita quod nullus Rex, nullus Dux, Princeps, Comes, Marchio Potestas, Capitaneus, Officialis, Gastaldio, vel Communitas, nullus cuiuscumque Reipub. Minister, nullaq; Persona maior, vel minor in aliquo prædictorum absque legali Iudicio VOS inquietare, vel molestare præsumat. Mandantes Vniuersis, & singulis nostris S.R.I. subditis, & Terrarum nostrarum districtu præcipiendo, quatenus VOS, & Vestrum singulos, & descendentes vestros cum ad Ciuitates, Terras, Agros, Oppida, Loca, Pontes, Paßus, Portus, & Hospitia declinare contigerit, seu peruenеritis sicut Familiares, continuosque Commensales, Comitesque S.R.I. Commissarios, & Procuratores Nostros tractare, & debitis honoribus recipere & Saluo Conductu si requirendum duxeritis, debeant Vobis, seu Vestrum Aliquo familiaribus & socÿs pro Gabella, Tollonio, Datio, Pedatio, & quarumcumque nomine nuncupentur grauamine ordinario, vel extraordinario solutiones recipere vel exigere pro æquis, vel personis vestris, vestibus, armis, arnesÿs, valisÿ, bulgÿs, faldellis, rebusque alÿs et bonis quibuscumq; Hæc autem omnia facimus, constituimus, edidimus, concessimus, et ordinamus ex certa nostra scientia immo motu proprio, et Imperialis plenitudine potestatis Sacri Lateranensis Palatÿ perpetua valitura decreuimus. Legib. statutis, seu consuetudinibus non obstantibus quibuscumque &c.

Quibus omnibus derogatum esse volumus ac si specialiter et singulariter in omnibus eius capitulis et eorum quolibet expresè, et enarrata fuissent qua-

quacumque cum his omnibus funditer, et radiciter intendimus ex certa scientia derogare, & non obstantibus aliquibus solemnitatibus, quæ de consuetudine vel de iure requiruntur, suppleatis omnem carentiam, & defectum ex certa scientia motu proprio & de plenitudine potestatis, & Imperatoriæ Maiestatis, & etiam non obstantibus in prædictis aliquibus aliјs, etiam si talia forent, quæ deberent exprimi, & de eis specialis fieri mentio. Quibus obstantibus, & obstare volentibus in omnibus & singulis dumtaxat ex nostra scientia ex plenitudine nostræ Imperialis Potestatis rationabiliter derogamus, & derogatum esse volumus per præsentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre Creationis, Nobilitationis, Insignitionis, Concessionis, Gratiæ, & Constitutionis, ac Decreti, editi, Litterarum, Legis, & Rescripti, Largitionis, Derogationis, & Voluntatis Nostræ paginam infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem nostram grauissimam, necnon centum Marcharum auri puri pœnas, quas contrafaciantes toties quoties contrafactum fuerit, pro facto se nouerit irremisibiliter incursus. Quarum medietatem Imperialis Fisci, siue Aerarij, ressiduam verò partem iuriam pessorum vsibus decernimus applicand. præsentium sub nostræ Maiestatis Imperialis sigilli appensione litterarum.

Dat. & act. in Ciuitate Naua 24. Mensis Nouembris An. Do. 1494. Regnorum Nostrorum Romani 44. Imperij 32. Hungariæ verò 25. Gratis ad mand. D. Imperatoris propria manu signatur.

Ioannes Episcop. Sauunensis.

Le Priui-

Priuilegium Maximiliani I. Imperatoris,

Concessum Co. Iacobo Zabarella.

Maximilianus Diuina Fauente Clementia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Styriæ Carinthiæ, Carniolæ, Lymburgæ, Lucemburgiæ, Geldriæ, Landgrauius Alsatiæ, Princeps Sueuiæ Palatinus in Habspurg & Hannoniæ Princeps, & Comes Burgundiæ, Flandriæ, Tirolis, Goritiæ, Holandiæ, Zelandiæ, Ferretis in Kiburg Namurciæ Zutphaniæ, Marchio S.R.I. ad Anasũ & Burgouiæ Dominus Frisiæ, Marchiæ Sclauoniæ, Mechliniæ, Portus Naonis & Salinarum Honabili nostro et Imperij Sacri fideli dilecto Iacobo de Zabarellis. *Sacri Lateranensis Palatij, & Sacræ Aulæ nostræ ac Imperialis Consistorij Comiti S.R.I. gratiam Regiam & omne bonum. Etsi Sacra Romanorum Celsitudo ea potissimum gratia in sublimi Romani Imperij specula Dei optimi maximi nutu & prouidentia constituta est vt circumquaq; prouidentiæ suæ aciem dirigens commodis & dignitatibus eorum aspiret, quos virtutibus suis promoueri digne animaduerterit, illos tamen merito & magis extollere debet qui singulari fide & obseruantia Sacro Romano Imperio dediti sunt & multiplici doctrina liberalibusque partibus imbuti & se præter ceteros nobiles reddunt, hinc etiam quod nos fide digno testimonio edocti quantum Tu nobis & Sacro Romano Imperio toto animi tui affectu addictus sis, quantisq; virtutibus & doctrina clareas, vt & tua ista in nos singularis obseruantia Virtutesque ipse ac doctrina eo feruentiores accessus consequantur quo maioribus prærogatiuis Te decoratum videas, Te cũ filijs & Posteris Primogenitis, quos alias singularis morum Venustas reddit insignes animo deliberato Sano Principum Baronum & procerum nostrorum & Imperij Sacri fidelium accedente Consilio de certa nostra scientia, & plenitudine Romanæ nostræ Regiæ Potestatis, Motu proprio Sacri Lateranensis Palatij, Aulæq; nostræ & Sacri Consistorij Comitem facimus, erigimus, & nobilitamus, tollimus & auctoritate Cæsarea gratiosius insignimus. Decernentes & Regio statuentes edicto quod ex nunc in antea omnibus priuilegijs immunitatibus, honoribus, præeminentijs & libertatibus vti frui gaudere, & lætari debeatis & possitis, quibus Sacri Lateranensi Palatij Comites hactenus freti sunt, & vsi fuere, seu quomodolibet gaudent, atque potiuntur consuetudine, vel de iure. Dantes & concedentes vobis eadem Regali auctoritate plenariam & omnimo-*

dam

dam de nostra scientia potestatem creandi Notarios publicos seu Tabelliones, & Iudices ordinarios vbiq;per Sacrum Romanum Imperium, qui idonei sint & litteratura sufficientes super quo Conscientiam vestram oneramus cum plenaria Potestate ad Notariatus, seu Tabellionatus & Iudiciatus officium pertinente eosque & eorum quemlibet per pennam & calamarum(vti moris est) de prædictis inuestiendi. Dummodo tamen ab ipsis Notarijs publicis seu Tabellionibus & Iudicibus ordinarijs per vos faciendis & creandis vice & nomine nostro S. R. I. & pro nobis, & successoribus nostris in dicto Romano Imperio debitam fidelitatē recipiāt corporale iuramentum Videlic. qui Tabelliones & publici Notarij huiusmodi tam instrumenta publica, quā priuata vltimas voluntates, quæcumque iudiciorum acta & omnia alia: & singula quæ illis & cuilibet ipsorum ex debitis dictorum officiorum facienda occurrerunt vel scribenda iuste, purè fideliter omni simulatione & falsitate remota scribent legent, & facient scripturas illas quas debent in publicam formam redigere in membranis & non in cartis abrasis neque in papireis fideliter conscribenda secundum terrarum consuetudinem facient necnon sententias dictaque testium donec publicata fuerint & approbata sub secreto fideliter retinebunt ac omnia & singula recte & iuste facient quæ ad dicta officia quomodolibet pertinebunt consuetudine, vel de Iure, quodque huiusmodi Notarij Tabelliones & Iudices ordinarij per vos faciendi, & creandi possint per totum Rom. Imperium & vtique locorum facere conscribere & publicare contractus & Instrumenta, Iudicia, & testamenta etiam vltimas Voluntates Decreta, & auctoritatem interponere in quibuscumque contractibus retinentibus illas vel illa & omnia alia & singula facere & publicare & exercere quæ ad officium publici Notarij, Tabellionis aut Iudicis ordinarij pertinere & spectare noscantur. Insuper eadem auctoritate vobis concedimus, & elargimur quod possitis & valeatis naturales, bastardos, spurios, manseres, nothos, incestuosos, copulatiue, vel disiunctiue, & quoscumque ex damnato & illicito coitu procreatos & procreandos quoscumque viuentibus, vel etiam mortuis eorum parentibus legitimare, Illustriū tamē Principum & Baronū filijs dūtaxat exceptis, & eos ad omnia iura legitima restituere & reducere, omnisque generis maculam penitus abolere ipsosque restituendo ad omnia & singula iura successionum ab intestato cognatorum & agnatorum honores et dignitates et ad omnes actus legitimos ac si essent de legitimo Matrimonio procreati, non obstantibus authēticis quibus modis naturales legitimi efficitāur & omnib. alijs Iuris dispositionibus ipsis filijs omnimodam clementiam denegantibus necnon aliquibus legibus quibus cauetur quod naturales, bastardi, spurij, incestuosi, copulatiue vel disiunctiue vel alij quicumque de illicito coitu procreati, seu

procreandi non possint vel debeãt legitimari sine consensu naturalium & legitimorum; Quibus legibus & cuilibet ipsarum motu proprio de certa scientia derogamus & derogatum esse volumus expressè per præsentes & etiam non obstantibus in prædictis aliquibus legibus alijs ac si tales sint quę deberent exprimi, & de eis specialis mentio fieri, quibus obstantibus aut obstare volentibus in hoc casu derogamus specialiter & expresse &c. Et quo maiori priuilegio vti & gaudere possitis eamque concedimus Tibi, & prædictis primogenitis ex certa scientia & de plenitudine Regiæ nostræ Potestatis amplam facultatem & quamcumque auctoritatem qua possitis, & valeatis Comites Palatinos, Similem seu Limitatam habentes auctoritatem, Equites Aureatos cuiuscumque nationis dextra vestra stricto ense, obseruatisque alijs consuetis & requisitis solemnitatibus creare et Militaria insignia conferre, necnon Doctores in iure Ciuili & artibus liberalibus adhibitis tamen in qualibet creatione Doctorum Doctoribus tribus eiusdem facultatis vel ad vestrum libitum, vel ad minus vno, qui promouendos huiusmodi per rigorem examinis sufficientes & idoneos, Iudicent & si sufficientes & idonei reperti fuerint eiusdem licentiam in eadem facultate impendere ipsosque more & consuetudine, vt in generalibus studijs desuper obseruari solitis doctores creare: eisdemque tandem quos ipsi ad id elegeritis consueta ornamenta & insignia Doctoralia tradere & conferre. Decernentes per presentes quod ij Comites & Equites per vos faciendi & creandi possint & valeant quorumcumque ornamentorum militarium delatione ijsdemque priuilegijs auctoritatibus & prærogatiuis vti fru & gaudere quibus ceteri Comites & Equites Aureati per nos aut qualitercumque facti, & creati vtuntur fruuntur & gaudent, & vti frui & gaudere possunt, quomodolibet consuetudine vel de iure & quod per vos in Doctores promoti & promouendi in omnibus Ciuitatibus locis, & terris & Sacri Rom. Imp. & vbique terrarum libere debeant & possint omnes actus Doctorales Legendi, Docendi, Interpretandi, & Glossandi facere & exercere omnibusque & singulis gaudere & vti priuilegijs prærogatiuis & exemptionibus libertatibus, concessionibus, honoribus præminentijs & honoribus, ac indultis gratijs, & alijs quibuslibet quibus Doct. Bonon. Pad. Papiensis, Perusini, & Parisiẽses ac in alijs studijs priuilegiatis per nos promoti gaudent & vtuntur consuetudine vel de iure non obstantibus quibuscumque legibus & constitutionibus canonibus aut statutis, Decretis, Reformationibus, Rescriptis, priuilegijs beneficijs, exemptionibus, gratijs & prærogatiuis quocunq; nomine censeantur & cuiuscumq; munitionis & tenoris existant tam factis, quam fiendis, tam per nos, quam prædecessores nostros vel per quoscumque Principes, Duces, Marchiones, Comites, Vniuersitates, vel alios Dominos, seu Potestates, vel Regentes per Ciuitatem,

vel

vel Rectores eius vel officiales generis, seu conditionis cuiuscumque, vel quorumcumque locorum vel terrarum sub quibuscunque clausulis vel expressione verborum. Etiamsi essent talia de quibus de verbo ad verbum necesse esset hic fieri mentionem specialem in contrarium facientibus. Quibus omnibus & singulis ex certa nostra scientia præfata animo deliberato motu proprio ac de plenitudine Potestatis derogamus, & derogatum esse volumus per præsentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ creationis, largitionis, concessionis, indulti, derogationum, concessionum, voluntatis, & gratiæ paginam infringere, aut quomodolibet violare seu ei quouis ausu temerario contraire in Iudicio vel extra, aut contra prædicta, vel aliqua præmissorum quouis modo vel ingenio contrafacere, vel venire. Si quis aũt cõtra attentare præsumpserit nostrã & Imperij Sacri Indignationem grauissimam & pœnam quinquaginta marcharum auri purissimi, toties quoties contrafactum fuerit ipso factu se nouerit irremissibiliter incursurum. Quorum medietatem Imperialis Fisci nostri siue erarij reliquam verò partem iniuriam passorum Vsibus decernimus applicandam. Ex nunc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc ipso factu vel iure applicamus & applicatum esse volumus. Præsentium sub nostri Regalis Maiestatis Sigilli appensione testimonio litterarum.

Datum in Oppido nostro Insprugki Die 2. Octobris Anno Dom. Millesimo, Quingentesimo Tertio Regnorum nostrorum Romani Decimooctauo Hungariæ Quartodecimo.

Priui-

Priuilegium Ferdinandi I. Imperatoris.

Concessum Co. Iulio Zabarella.

FEdinandus Diuina Fauente Clementia Romanorum Rex semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Morauiæ, &c. Dux Lucemburgæ, ac Superioris, & inferioris Slesiæ, Vvirtembergæ, & Teckæ, Princeps Sueuiæ, Comes Habspurgi, Tirolis, Ferretis, Khiburgi, & Goritiæ, Landgrauius Alsatiæ, Marchio Sacri Rom. Imp. supra Anasum, Burgouiæ ac Superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclauoniæ Portus Naonis, & Salinarum. Honorabili nostro & Imperij Sacr. Fideli dilecto *Iulio de Zabarellis* Sacr. Lateran. Palatij & Aulæ nostrę ac Imperialis Consistorii Comiti S. R. I. gratiam Regiam & omne bonum.

Etsi Sacra Romanorum Celsitudo ea potissimum gratia in sublimi Romani Imperij specula Dei Opt. Max. nutu & prouidentia constitutus est, vt circumquaque prouidentiæ suæ aciem dirigens commodis & dignitatibus eorum aspiret quos virtutibus suis promoueri digne animaduerterit illos tamen merito & magis extollere debet, qui singulari fide & obseruantia Sacro Rom. Imperio diditi sunt & multiplici prudentia decorati & se præ ceteris Nobiles reddunt. Hinc est quod nos fide digno Testimonio docti quãtum tu Nobis & S. R. I. toto animi affectu addictus sis, quantisque Virtutibus & prudentia clareas vt & tua ista in Nos singularis obseruantia Virtutesque ipse, & prudentia eo feruentiores accessus consequantur, quo maioribus prærogatiuis te decoratum videas. Te cum filijs, & posteris primogenitis animo deliberato, sanoque Principum, Comitum, Baronum, ac Procerum nostrorum & Imperii prædicti fidelium Antecedente Consilio motu quoque proprio & ex certa nostra scientia & plenitudine Rom. nostræ Regiæ Potestatis in Sacri Lateranensi Palatii, Aulæque Nostræ, & Sacri Consistorii, Te Comitem facimus, erigimus, attollimus, creamus, & insignimus, decernentes & Regio statuentes edicto, quod ex nũc in antea omnibus Priuilegiis, immunitatibus, honoribus, præeminentiis,

nentiis, & libertatibus vti frui & gaudere possitis, & debeatis, quibus præfati Lateran. Palatii Comites hactenus freti sunt, & vsi fuere, ac quomodolibet vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent consuetudine vel de iure. Dantes, & concedentes vobis dicta Auctoritate Nostra plenam & omnimodam potestatem constituendi, & creandi per Sacrum Romanum Imperium ac alias vbique locorũ Notarios publicos, Tabelliones & Iudices ordinarios quos litteratura sufficientes ac alioqui idoneos inueneritis super quo consciẽtiam vestram oneramus cum plenaria potestate creatos huiusmodi & eorum quemlibet ad Notariatus, seu Tabellionatus & Iudicatus ordinarii Officium per pennæ, & calamarii traditionem (vt moris est) inuestiendi, dummodo tamen ab ipsis Notariis, Tabellionibus, & Iudicibus vice & nomine Nostro Sacrique Imperij, & pro nobis & successoribus nostris in dicto Rom. Imperio canonice intrantibus debitum fidelitatis recipiatis corporale Iuramentum. In hunc modum videlicet. Quod ipsi Notarii, Tabelliones & Iudices ordinarij omnes & singulos actus de quibus rogati fuerint, in protocolla reducere instrumenta publica & priuata, testamenta, vltimas voluntates & quæcunque Iudiciorum acta & omnia singula, quæ ad Notariatus, Tabellionatus & Iudicatus officium spectant, & scribenda occurrerint, purè, fideliter, & sincere scribent dolo, amore, fauore, corruptione, simulatione, falsitate, & qualibet alia finistra machinatione in eis postpositis penitus, & semotis. Scripturas vero, & actus quos in publicam formam redigere debent in membranis non cancellatis, non rasis, non suspectis neque in cartis papiris scribentur secundum terrarum consuetudinẽ reducent & facient. Necnon sententias, dicta Testium, Testamenta, & vltimas voluntates prædictas sub secreto donec legitime publicata fuerint, fideliter retinebunt. Ac omnia & singula ritè & rectè facient, atque exequentur quæ ad dictum officium suum pertinebunt; Quodque miserabilium personas & causas fauorabiliter iuuabunt, & defendent. Qui Notarii, Tabelliones & Iudices ordinarii per vos creandi possint per totum Romanum Imperium & alias vbique terrarum facere, conscribere, & publicare Contractus, Instrumenta, Testamenta, & vltimas Voluntates, Decreta, & auctoritatem interponere in Contractibus, quorum natura id exegerit omniaque & singula exercere, quæ ad officium publici Notarii, Tabellionis, & Iudicis Ordinarii pertinere noscent. Insuper scientia animo, ac potestate prædictis omnes vobis concedimus

mus

mus, & elargimur vt possitis, & valeatis naturales, bastardos, spurios, Manseres, Nothos, incestuosos, Adulterinos, Sacrilegos & ex quocumque damnato & illicito coitu procreatos, & procreandos copulatiuè vel disiunctiuè Viuentibus vel etiam mortuis eorum parentibus legitimare Illustrium Principum & Baronum filiis dumtaxat exceptis & eos ad omnia iura legitima restituere, & reducere omnisque generis maculam penitus abolere ipsosque restituendo, habilitando, & ponendo ad omnia & singula Iura successionum ab intestato cognatorum & agnatorum honores, dignitates & ad omnes actus legitimos ac si essent de legitimo Matrimonio procreati, non obstantibus authenticis quibus modis naturales legitimi efficiantur & omnib. aliis Iuribus dispositionibus ipsis filiis omnimodam clementiam denegantibus, necnon legibus illis, quibus cauetur quod natura les, bastardi spurii, nothi, incestuosi, adulterini, sacrilegi, & alii ex illicito, & damnato coitu procreati, & procreandi huiusmodi non possint vel debeant legitimari sine consensũ naturalium, & legitimorum, & de quibus specialis expressio & fieri mentio deberet. Quibus omnibus & singulis ad effectũ præsentium expressè derogamus & derogatum esse volumus per præsentes. Et quo maiorem nostram erga vos gratiam cognoscatis ex certa scientia & de plenitudine dictæ Regiæ Potestatis nostræ vobis & cuilibet vestrum concedimus & impartimur plenariã facultatem & potestatem qua possitis, & valeatis Comites Palatinos similem, seu limitatam habẽtes auctoritatem Equites auratos cuiuscumque nationis dextra vestra stricto ense obseruatisq; in ijs obseruari solitis & consuetis ceremonijs & solemnitatibus creare, & militaria insignia conferre. Necnon Doctores in Iure & artibus liberalibus promouere, quos sententia & Iudicio trium, vel pluriũ Doctorum eiusdem facultatis in huiusmodi creandorum Doctorũ promotione mediante examine inueneritis idoneos, & sufficientes eisdemque licentiam in eadem facultate, & Doctoralia insignia impendere, & conferre, adhibitisq; de more, & cõsuetudine quę per generalia studia in similibus adhiberi Consueuerunt. Decernentes per præsentes quod præfati Comites Palatini & Equites Aureati per vos vt præfertur creandi, & creati possint, & valeant in quorũcumque ornamentorum delatione ijsdem priuilegijs, præeminentijs, auctoritatibus, & prærogatiuis vti frui, & gaudere quibus cæteri Comites Palatini, & Equites Aureati pro Nos, & qualitercunq; facti & creati vtuntur, fruuntur, & gaudent, quomodolibet consuedine,

dine, vel de Iure. Et quod huiuſmodi Doctores ſic à Vobis promoti & promouẽdi in omnibus Ciuitatib. Studiis generalibus, Locis, & Terris Sacri Rom. Imperij, & vbique terrarum liberè debeant & poſſint omnes actus Doctorales legendi, docendi, interpretandi, & gloſſandi facere, & exercere, omnibuſque, & ſingulis priuilegiis, prærogatiuis, exemptionibus, libertatibus, conceſſionibus, honoribus, præeminentiis, fauoribus, indultis, & quibuſlibet aliis gratiis vti, potiri, & gaudere, quibus Doctores in Vniuerſitatibus Bononienſi, Paduana, Papienſi, Peruſina, & Pariſienſi, ac aliis generralibus ſtudiis priuilegiatis promoti utuntur, potiuntur, & gaudent, non obſtantibus quibuſcumque, legibus, & Conſtitutionibus, Canonibus, aut Statutis, Decretis, Reformationibus, Reſcriptis, Priuilegiis, Beneficiis, exemptionibus, gratiis, & prærogatiuis quocunque nomine cenſeantur, & cuiuſcunque munitionis & tenoris exiſtant, tam factis, quam fiendis tam per Nos, quam Prædeceſſores, & Succeſſores Noſtros, vel per quoſcumque Principes, Duces, Marchiones, Comites, Vniuerſitates, vel alios Dominos, ſeu Poteſtates, vel Regentes per Ciuitates, vel Rectores earum, vel Officiales generis, ſeu cognitionis cuiuſcunque, vel quorumcumque locorum, vel terrarum ſub quibuſcunque clauſulis, & expreſſione Verborum latis, & editis, etiam ſi talia eſſent de quibus de verbo ad verbum neceſſe eſſet hic fieri mentionem ſpecialem, in contrarium facientibus; Quibus omnibus, & ſingulis ex certa noſtra ſcientia, animo, motu, & poteſtate prædictis derogamus, & derogatum eſſe volumus per pręſentes.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ creationis, largitionis, conſtitutionis, conceſſionis, indulti, derogationis, Voluntatis, & gratiæ paginam infringere, aut quomodolibet violare, ſeu ei quouis auſu temerario contraire in Iudicio, vel extra, aut contra prædicta, vel aliquod permiſſorum quouis modo, vel ingenio directè, vel indirectè contrafacere, vel venire. Si quis autem contra attentare præſumpſerit, noſtram & Imperii Sacri Indignatione grauiſſimam, & pœnam Quinquaginta Marcharum Auri puriſſimi, toties, quoties, contrafactum fuerit ipſo facto ſe nouerit irremiſſibiliter incurſurum. Quarum medietatem Fiſci noſtri ſiue Ærarii, reliquam vero partem iniuriam paſſorum Vſibus decernimus applicandam ex nunc prout ex tunc, & ex tunc

Ff prout

prout ex nunc ipso facto, vel de iure applicamus, & applicatam esse volumus. Harum testimonio litterarum Sigilli nostri appensione munitarum.

Datum in Ciuitate Nostra Vienna die decima octaua Mensis Nouembris. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Trigesimo Tertio. Regnorum Nostrorum Romani Tertio, Hungariæ Septimo, Bohemiæ verò Octauo, &c.



Ius Patronatus Sacelli

SANCTORVM MARTYRVM

HERMETIS AGGEI, ET CAII

DE SABATINIS BONONIÆ

A Comite Iacobo Zabarella Acquisitum.

1647. *Die* 15. *Nouembris*.

IN CHRISTI nomine. Amen. Anno ab eiusdem Natiuitate Millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo. Indictione 15. die verò 15. Mensis Nouembris, tempore Pontificatus Sanctiss. in CHRISTO patris & Domini Nostri Innocentii Diuina Prouidentia Papæ Decimi. Constitutus personaliter coram Illustriss. & Reuerendiss. D. Dominico de Odofredis S. Theol. & I.V.D. Collegiato Prothonotario Apostolico Metropolis Bononiæ Canonico, ac Eminentiss. & Reuerendiss. D. Cardinalis Ludouisij Bononiæ Archiepiscopi, & Principis in Spiritualibus, & Temporalibus Vicario generali Illustr. & Reuer. D. Hieronymus de Cæsariis Procurator ad infrascripta peragendum constitutus ab Illustriss. D. Ludouico q. Illust. D. Eq. Alphonsi de antiquissima, & Nobilissima Bononiensi familia Dominorum de Sabatinis Nobilis Bononiensis & Romani, prout de illius mandato constat instrumentum publicum rogatum per me Ioan. Baptistam Cæsarium alterum ex nobis Notariis infrascriptis sub die decima sexta Mensis Februarii proxime præteriti cuius tenor in fine præsentis Instrumenti post clausulas generales registrabitur. Et eidē Reuerendiss. D. Vicario audienti, & vt cognitum fuit intelligenti, exposuit, insinuauit, & narrauit, dictum Illustriss. Dominum Ludouicum vt optimè informatum Nobilissimam, & antiquissimam Illustrissimorum D.D. Comitum de Zabarellis familiam Ciuitatis Patauij a dicta familia Sabatina Originem habuisse, & ex eodemmet sanguine procreatam fuisse, prout etiam fuerunt gloriosi S.S. Martyres Hermes, Aggeus, & Caius, quorum corpora in Ecclesia siue Sacello nuncupato Crucis Sanctorum Vitalis, & Agricolæ

existunt. Bononiæ in contrata Sancti Vitalis sub Parochia dicto-
rum Sanctorum ex opposito Monasterii seu Ecclesiæ Admodum
R. R. Sororum eorundem Sanctorum requiescunt. Vti Dominũ
beneficii dictæ Ecclesię Sacelli, & Crucis de Iurepatronatus fami-
liæ Sabatinæ, ac Iuris Præsentandi ad dictum beneficium, ac ipsum
exponentem uti Procuratorem prædictum fuisse, & esse firmi ani-
mi propositi, & intentionis velle, & titulo & ex causa puræ, meræ
simplicis, & irreuocabilis donationis inter viuos, quæ vllo vnquã
tempore nec ex quocumque titulo prætextu. occasione, & causa
cassari, infringi, reuocari non possit, nec valeat. Et etiam ob sin-
gularem amorem, & beneuolentiam quibus Illustriss. D. Comitem
Iacobum Zabarellam, ac totam ipsam familiam Zabarellam sem-
per ipse D. Ludouicus prosequutus fuit, & hodie quoq; prosequi-
tur, Donare, cedere, & renuntiare Illustriss. D. Comiti Iacobo
Zabarellæ prædicto filio q. Illustriss. D. Comitis Francisci ex q. Illu-
striss. D. Comite, & Clariss. Philosopho D. Iacobo Zabarella, ac etiã
Illustriss. eiusdem fratribus, scilicet Comiti Ioanni, & Iulio, sicut
etiam Illustriss. DD. Camillo, q. Andreę Equitis Iacobo q. Leoni-
dę Bonifacio q. Ioannis Francisci, & Aurelio q. Lepidi omnibus de
Zabarellis Nobilibus Patauinis absentibus, & Illustriss. Domino
Gaspare de Bombace Nob. Bononiense eorum Procuratore ex in-
strumento huiusmodi procuræ rogato per Dominum Ioannem
Baptistam de Fabris Notarium Pataainum sub die 20. Februarij
præsentis anni cuius tenor in fine præsentis instrum. post clausu-
las generales pariter registrabitur. Medietatem dicti Iuris patro-
natus, ac iuris præsentandi, & nominandi Rectorem dicti beneficij,
cum pro tempore vacare contigerit, ac etiam totum ipsum ius, &
ius presentandi in casu deficientiæ descendentiæ lineæ, & totius fa-
miliæ ipsius Illustriss. D. Ludouici, capitulis tamen modis, & condi-
tionibus, & declarationibus infrascriptis, & non aliter, nec alio
modo. Primo quod cum post præsentis instrumenti celebratio-
nem vacare contigerit dictum beneficium per mortem illius Re-
ctoris pro tempore, nominatio & præsentatio spectet & spectare
debeat prima vice ad dictum D. Ludouicum quatenus extet, sin
minus ad dictum D. Iacobum, & secunda vice ad dictum Dominũ
Co. Iacobum, & ordine prædicto prosequendo, in casu cuiuscunq;
vacationis, donec ipsi D. Ludouicus & Co. Iacobus extabunt, ipsis
verò D. D. Ludouico & Co. Iacobo non extantibus, & sic ipsis vita
functis & post eorum, & cuiuslibet ipsorum mortẽ nominatio, &
præ-

præſentatio d. Rectoris ſpectet, & ſpectare debeat ad antiquiorem ex deſcendẽtibus d. D. Ludouici, quatenus extent ſin minus ad proximiorem de agnatione dicti D. Ludouici, quatenus vltima nominatio, & præſentatio dicti Rectoris fuerit facta per dictum D. Comitem Iacobum, vel aliquem ex familia, & agnatione D. D. Comitum de Zabarellis, & quatenus præſentatio, & nominatio facta fuiſſet per dictum D. Ludouicum, vel per aliquem alium ex deſcẽdentibus, vel familia & agnatione de Sabatinis, nominatio, & præſentatio ſpectet ad antiquiorem ex deſcendentibus dicti D. Comitis Iacobi, quibus non extantibus, ad antiquiorem ex proximioribus ſuis de familia, & agnatione de Zabarellis, & deinde futuris ſucceſſiuis temporibus quandocunque caſus eueniet, nominatio & præſentatio fiant ab antiquiore ex deſcendentibus, ſeu proximioribus agnatis alternatiuè familiarum Sabatinæ, & Zabarellæ, & ſic ordine ſucceſſiuo proſequendo in perpetuum in deſcendentibus legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis dictorũ DD. Ludouici, & Co. Iacobi, & aliorum ſupradictorum de Zabarellis. Secundo quod finita linea, & deſcendentia qualitatis de qua ſupra dicti D. Ludouici, & eiuſdem D. Ludouici familia, & agnatione totaliter finita & extincta dictum jus, & ius præſentandi & nominandi dicti beneficii Rectorem in totum intelligatur, & ſit donatum, & ceſſum dicto D. Comiti Iacobo, & aliis prædictis de Zabarellis, & eiſdem, & cuilibet ipſorum nobilium, & ſucceſſoribus eorum & ad eos ſpectet, & pertineat vt ſupra. Prout, & finita linea, & deſcendentia vt ſupra dictorum Nobilium de Zabarellis, & cuiuslibet ipſorum dictum ius, & ius præſentandi, reuertatur, & ſpectet in totum ad dictum D. Ludouicum, & ad illius Hæredes, & ſucceſſores quoſcunque non obſtante donatione, & ceſſione vt infra faciendis. Tertio, & vltimo quod in inſcriptione, & memoria facienda, & quam forſan fieri contigerit in dicta Crucis Cap. ſeu Sacello, ſiue intus, ſiue foris a quocunque ſeu quibuſcunque fiat, ſemper debeat anteponi nomen, & cognomen dicti D. Ludouici, & eius familiæ. Et prædicta omnia facere velle per publicum inſtrumentum per nos notarios Infraſcriptos rogandum ſecundum formam Statutorum Bononię roborãdum, clauſula ad habendum pactiſque conſtituti & libelli bonorum obligatione beneficiorum, renuntiatione iuramento, & alijs clauſulis in ſimilibus inſtrum. apponi ſolitis de iure, vel de ſtylo. Et ideo inſtetit, & petiit per prçfatum Reuerendiſſimum D. Vicarium pronuntiari, & declarari, ſibi

sibi fuisse solẽniter, & legitimè insinuatam huiusmodi donationẽ ipsique D. Ludouico, & pro eo ipsi D. Procuratori licentiam, & facultatem ad eam deueniendi modo & forma præmissis concedi, supplendo etiam quoscunque iuris, & facti defectus, qui in his quomolibet interuenissent, & interuenirẽt. Qui Reuerendiss. D. Dominicus Odofredus Vicarius Generalis prędictus, auditis prædictis super eisque matura recognitione perhabita, & per colloquium cum dicto Reu. D. Hieronymo Procuratore prædicto habitum, cognita eius firma, & deliberata intẽtione circa præmissa, ea ampliori qua fungitur auctoritate iuditiaria pronuntiauit, & declarauit, donationem hanc fuisse sibi solemniter, & legitimè insinuatam, eidẽq; D. Procuratori Instanti, & stipulanti licentiam, & facultatem ad eam deueniendi impartitus fuit, supplendo etiam quoscunque iuris, & facti defectus, qui in his quomodolibet interuenissent, aut interuenirent omni meliori modo validiorique, & efficaciori quo de iure potuit, & potest. Qua insinuatione præcedente licentiaque de qua supra obtenta præfatus Reuerendus D Hieronymus Procurator prædictus præmissa, & in qualibet huius præsentis instrumentis parte repetita protestatio, quod per supradicta, & infrascr. non vult nec intercedit quoquomodo se nec eius hęredes, & bona obligare, sed solummoodo dictum D. Ludouicum ac illius hæredes, & bona, & non aliter. Sponte, & non per errorem aliquem per dictum D. Ludouicum eiusdemque D. Ludouici hæredes, & successores quoscumque titulo, & ex causa puræ, meræ, simplicis, & irreuocabilis donationis inter viuos, quæ vllo vnquam tempore, nec ex quocunque titulo, prætextu occasione & causa cassari, infringi, reuocarique non possit, nec valeat, & etiam ob singularem amorẽ, & beneuolentiam de quibus supra. Dedit tradidit, & donauit, cessit, & renunciauit dicto Illustriss. D. Co. Iacobo ac etiam Illustriss. D. D. eiusdem fratribus scilicet Comitibus Io. & Iulio sicut etiam dictis Illustriss. Dominis Comitibus Camillo, Iacobo, Bonifacio, & Aurelio omnibus de Zabarellis nobilibus Patauinis, licet absentibus & perillustri D. Gaspare q. perillustris D. Antonii de Bombace Nobili Bononiæ Parochiæ S. Thom Stratæ maioris eorum Procuratori prædicto præsenti & pro præfatis D. D. Comitibus de Zabarellis, & eorum, & cuiuslibet ipsorum Hæredibus & successoribus supradictis & acceptanti. Medietatem dicti Iuris Patronatus, ac iuris Præsentandi Rectorem dicti beneficii cum pro tempore vacare contigerit, ac etiam totum ipsum ius, & ius præsentandi in casu

casu deficientiæ descendentiæ lineæ, & totius familiæ dicti Ill. D. Ludouici, capitulis tamen modis, conditionibus, & declarationibus infrascriptis, & non aliter, nec alio modo, Primo quod cum post præsentis Instrumenti celebrationem vacare contigerit dictū beneficium per mortem illius Rectoris pro tempore, nominatio & præsentatio spectet, & spectare debeat prima vice ad dictum D. Ludouicum, quatenus extet sin minus ad dictum D. Comitem Iacobum, & secunda vice ad dictum D. Comitem Iacobum, & ordine prædicto prosequendo in casu cuiuscunque vacationis, donec ipsi D. Ludouicus, & D. Co. Iacobus extabunt, ipsis vero D. D. Ludouico, & Co. Iacobo non extātibus, & sic ipsis vita functis, & post eorum, & cuiuslibet ipsorum mortem, nominatio, & præsentatio dicti Rectoris spectet & spectare debeat ad antiquiorem ex descēdentibus ipsius D. Ludouici, quatenus extent, sin minus ad proximiorem de agnatione, & familia dicti D. Ludouici quatenus vltima nominatio, & præsentatio dicti Rectoris fuerit facta per dictum D. Co. Iacobum vel aliquem ex familia, & agnatione dictorum DD. Comitum de Zabarellis, & quatenus præsentatio, & nominatio olim facta fuisset per dictum D. Ludouicum vel per aliquem alium ex descendentibus, vel familia, & agnatione de Sabatinis nominatio, & præsentatio spectet ad antiquiorem ex descendentibus dicti Illustriss. D. Co. Iacobi, quibus non extantibus ad antiquiorem ex descendentibus D. D. Fratrum eiusdem D. Co. Iacobi & his tandem deficientibus ad antiquiorem ex proximioribus suis de familia, & agnatione de Zabarellis, & deinde futuris successiuis tēporibus, quandocunq; casus eueniet nominatio, & præsentatio fiant ab antiquiore ex descēdētibus, seu proximioribus agnatis alternatiuè familiarū Sabatinæ, & Zab. & sic ordine successiuo prosequēdo in perpetuum in descendentibus legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis dictorum D. D. Ludouici & Co. Iacobi, & aliorum supradictorum de Zabarellis. Secundo quod finita linea, & descendentia qualitatis de qua supra dicti D. Ludouici, & eiusdem D. Ludouici familia, & agnatione totaliter finita, & extincta dictum ius, & ius præsentandi, & nominandi dicti beneficii Rectorem in totum intelligatur, & sit donatum, & cessum dicto D. Co. Iacobo, & aliis prædictis de Zabarellis ac eisdem, & cuilibet ipsorum nobilium, & successoribus eorum, & ad eos spectet & pertineat ut supra, prout finita linea & descendētia vt supra dictorum Nobilium de Zabarellis, & cuiuslibet ipsorum dictum ius, &

ius

ius præsentandi reuertatur, & spectet in totum ad dictum D. Ludouicum, & ad illius Hæredes, & successores quoscunque non obstãte donatione, & cessione prædictis. Tertio, & vltimo quod in inscriptione, & memoria facienda, & quam forsan fieri contigerit in Capella dictę Crucis, seu Sacello siue intus, siue foris à quocunque, seu quibuscunque fiat, semper debeat anteponi nomen, & cognomen dicti D. Donantis, & eius familiæ. Ad habendum tenendum, & possidendum, & quicquid in posterum dicto D. Co. Iacobo, & aliis donatariis prædictis de dicta parte iuris Patronatus, & iuris præsentandi, & nominandi vt supra donata, & cessa, & etiam in totum aductis casu, & casibus prædictis videbitur, & placuerit, & prout de iure, & ex forma præsentis instrumenti, & contentorum in illo licet, & non aliter disponendum. Quam Medietatem Iuris Patronatus, & iuris præsẽtandi, & nominandi præfatus Illustris & Reu. D. Hieronymus Procurator prædictus constituit se Procuratorio nomine prædicto per pactum possidere, vel quasi cum pleno pacto constituti de possidendo, licentia de ingrediendo quandocunque & cum promissione per dictum D. Procuratorem sponte, & vt supra agentem facta dicto Illustriss. D. Co. Iacobo, & aliis Nobilibus de Zabar. licet absentibus, & dicto perillustri D. Gaspari procuratori prædicto, vt supra præsenti, & stipulanti de lite perpetuo, & aliquo tempore non inferenda, mouenda, vel referenda in, & super dicta medietate Iuris patronatus, & iuris præsentandi vt supra donata, & cessa, sed ad illius, & cuilibet illius pactis, ac etiam in totum adueniente casu, & casibus de quibus supra perpetuã legitimam, & naturalem defensionem cum pactis vacuæ possessionis tradendę & perpetuo manutenendæ, suscipiendiq; litis, & libelli, & de euictione in forma, & secundum formam prouisionis Communis Bononiæ æditam de anno millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, & prædicta quantum fuit estque solum & dumtaxat pro ipsius D. Ludouici dato facto contractu, & obligatione, seù quasi, & non aliter, nec alio modo, ita quod in quocunque alio casu dictus Illustriss. D. Ludouicus, & illius hæredes, & successores quicumque non teneantur ad aliquid dandum, dicendum, vel faciendum, & prædicta non solum modo, & forma prædictis, sed & omni alio meliori modo quod iure fieri potuit, & potest, quia sic de præsentibus omnibus, & singulis per, & inter dictos DD. Procuratores per solemnem stipulationem, & pactum expresse conuentum extitit. Quæ omnia præfati DD. procuratores sponte, & pro-

curatoriis

curatoriis nominibus prędictis promiserunt per dictos D.D. eorũ, & cuiuslibet ipsorum nomine NN.& successores quoscumque inuicem, & vicissim perpetuo obseruare, sub pæna scutorum 200. auri, qua penna soluta, & exacta, vel non rata maneant nihilominus omnia in præsenti Instrumento contenta. Promiseruntque ad inuicem,& vicissim reficere omnia damna,& expensas & interesse litis, & extra, obligaueruntque pro obseruatione omnium, & singulorum in præsenti Instrumento contentorum omnia & singula dictorũ DD.eorum nomine principaliũ bona,res, actiones, & iura pręsentia,& futura, & quæ ex forma eorum nomine mandatorum obligare possunt,etiam cum pacto præcarii, & iuribus eiusdem in forma, & secundum formam prouisionis Comunis Bononiæ æditæ de anno 1466. Renuntiaueruntque in his omnibus, & singulis cuicumque exceptioni doli mali,quod metus causa,conditione indebiti, ac omni alii ll. iuris, & vsus auxilio, iurauerüntque corporaliterque ad S.D.E.manu cuiuslibet ipsorum DD.procuratorũ tactis scripturis in animas eorum principalium dictos Illustrissimos DD. Comitem Iacobum,& Ludouicum esse maiores vigesimoquinto eorum nomine ætatum anno, prædictaq;omnia & singula vera fuisse, & esse, illaque perpetuo obseruare,& non contrauenire,, nec restitutionem petere, & prædicta omnia in omnibus, & per omnia iuxta formam formul. Notar. Bonon. edit. de anno 1582. Quibus omnibus & singulis sic vt supra legitimè peractis præfactus Reuerendiss. Vicarius suam auctoritatem,& decretum interposuit, & potest. Tenor verò mandatorum de quibus supra fit mentio ommittitur.

Actum Bononiæ in domo habitationis dicti perillustris D. Gasparis de Bombace posita in strata maiori sub Parochia S. Thomæ Apostoli, ac in Saletta inferiori a sinistris in ingressu d. domus habente lumen à curia. Præsentibus ibidem Illustriss. & Exc. I. V.D. Collegiato D. Io. de Lupparis Nob. & Senatore Bononiæ q. Illustriss.D.Marci Antonii filio Parochiæ S.Stefani,perillustre D.Dominico Maria dicti q.D.Antonii filio Nob. Bononiæ in præsentiarum Priore Trib. plebis dictæ Parochiæ S. Thomæ, Adm. Reu. D. Io.filio D.Angeli de Sartis Parochiæ S. Martini Maioris. Excell. I.V.D. D. Io. Baptista filio Magn. Geminiani Rochæ Parochiæ S. Iacobi de Carnensibus. Francisco q. Io. de Canneto famulo dicti D.Gasparis Parochiæ S.Blasij, Andrea q.Nicolai de Nigris famulo in dicta domo eiusdem Parochiæ S.Thomæ,& Ant. Maria q.Io.de

Rubeis famulo dicti D. Senatoris Luppari Parochiæ S. Martini Maioris, qui Illustriss. D. Ioannes, & dictus perillustr. D. Dominicus Maria vna cum nobis Notariis infrascriptis dixerunt, & diximus dictos DD. Procuratores bene cognoscere, testibus ad prędicta adhibitis, & rogatis.

Ego Io. Baptista q. D. Casari de Casariis Ciuis, & Notarius publicus Bononiensis prædictis omnibus interfui vna cum Magn. D. Pyrritheo de Belliossis similiter Ciue, & Not. Bononiæ & cum eo de illis rogatus fui, & quorum omnium originale retinuit, & de altero mentionē fecit in fidem, & robur præsens Instrumentum manu propria authenticari, scripsi, & solito meo signo muniri, & subscripsi requisitus, &c.

Ego Pyrritheus ol. D Pirrhi de Belliossis Ciuis, & Not. publicus Bononiæ, & in Curia Archip. Scriba Actuarius prædictis omnibus interfui vna cum suprad. Mag. D. Io. Bapt. Casario Ciue, & Notar. Bononiæ, & cum eo de illis rogatus fui, & quorum omnium vnusquisq; nostrū originale retinuit, & de altero mentionem fecit in fidem, & robur præsens Instrumentum manu propria hic me subscripsi, & subsignaui requisitus, &c.

1647. 4. Decembris, Præsentat. prout in Campl.

Ego Io. Augustinus Caluus officii Reg. Bonon. Notar. præsens Instrumentum regist. In quorum fidem, &c.

Corrector, & Consules Bonon. Almi Collegij Notar.

Vniuersis, &c. attestamur supradictos D. D. Io. Baptistam Casarium, & Pirritheum de Belliossis esse Notarios publicos Bonon. & in Matricula Collegii Not. descriptos, eorumque scripturis, & rogitibus hic, & vbique semper adhibitam fuisse, & adhiberi fidem. In quorum, &c. Dat. Bononiæ 9. Decembris 1647.

Pant. Drusius Not. dicti Colleg. M.

In

Martini
omini-
& dixi-
prędicta

rius pu-
agn. D.
cum eo
& de al-
im ma-
i,& sub-

publicus
mnibus
Notar.
m vnus-
ecit in fi-
me sub-

præsens

tar.

m Casa-
onon. &
is, & ro-
fidem.

.M.

In

242 a



Pro Reliquijs S. ANTONII in Sacello Crucis existentibus.

IN Christi nomine Amen. Anno a Natiuitate eiusdem 1655. Indict. 8. die Sabathi vigesima sexta Decembris Tempore Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris. & D. N. D. Alexandri Diuina Prouidentia Papæ Septimi.

L'Illustrissimo Signor Conte Giacomo Zabarella Nob. Padouano, & Patritio Romano figliuolo del q. Illustriss. Signor Conte Francesco, che fù del Clariss. Sig. Conte Giacomo Zabarella il Filosofo; sapendo come la sua Casa Zabarella passò già alcuni secoli da Bologna a Padoua, essendo vscita dalla fameglia antichissima de Sabatini orionda dalli Cornelij Scipioni di Roma, & perciò portando egli particolare affettione a questa sua, Patria antiche, è andato pensando sempre come poterla fauorire, & inalzare.

Hauendo poi ricuperato l'antico Iuspatronato di Casa sua nella Chiesola, ò Capella chiamata la Croce ch'è d'auanti, ò per mezo questa Chiesa, nella qual Croce riposano li Corpi di Santi Martiri HERMETE AGGEO, & CAIO de Sabbatini, Maggiori, & Protettori di Casa sua. Si è disposto con ogni suo potere di accrescere la diuottione à questo Sacro loco.

Essendo stato dunque esso Illustriss. Sig. Conte Giacomo Zabarella Presidente più volte della veneranda Archa del glorioso S. Antonio di Padoua, & in particolare l'anno 1652. come anco si vedde dal libro intitolato le grandezze di S. Antonio di Padoua del Cau. Sertorio Orsato à carte 29. In quel tempo la Sereniss. Republica di Venetia accettò per suo Prottetore questo gran Santo, & dimandò alla Città di Padoua qualche reliquia di quello, la qual li fù concessa con ogni prontezza.

Però l'Illustriss. & Reuerendiss. Monsignor Georgio Cornaro Vescouo di Padoua insieme con li Illustriss. & Eccellentiss. Signori Andrea Pisani, & Sebastian Giustiniano Rettori di Padoua trasferitosi il giorno di Sabato li 7. del Mese di Giugno 1652. alla Sacristia del Santo, iui con gran diuotione con la presenza, & assistenza del Reuerendiss. Padre Maestro Vicenzo Folino Guardiano, & di esso Illustriss. Signor Conte Giacomo Zabarella Presidente, & Tesoriero della Ven. Archa del Santo con le proprie mani prese vn'osso del braccio di S. Antunio qual si conseruaua in vn bel vaso & lo segò in due parti, delle quali vna fù ritornata nel medesimo Reliquiario, & l'altra con gran solennità & diuotione fù mandata à Venetia, come si vede nel medesimo libro del Orsato à carte 41. doue anco è registrato l'instrumento

to publico di questo negotio rogato per il Spet. D. Antonio Zaniolo Nod. di essa Veneranda Archa.

Mà perche nel segar quell'osso benedetto furono fatti alcuni fragmenti, & particole quali da esso Religiosissimo Prelato furono diuise trà se, li Eccellentiss. Signori Rettori, il detto Reuerendiss Guardiano, e l'Illustriss. Sig. Co. Giacomo, che con gran diuotione hà conseruate quelle che li toccarono, ma considerando poi essere più conueneuole il riporre vna reliquia così insigne in vn luogo Sacro, che tenerla in casa sua; ha hauuta dal Cielo ispirationi di portarla come hà fatto à Bologna, & con essa illustrar la detta Croce Ius patronato di casa sua, accioche vnita la Diuotione di S. Antonio di Padoua con quella delli Santi Martiri iui sepolti, habbi questo Sacro luogo maggior concorso & diuotione.

Per esequir dunque questa sua pia volontà & acciò la Santa Reliquia sia meglio veduta & Venerata esso Signor Conte Giacomo ha fatto far vna Croce del legno della Benedetta noce sopra la quale il glorioso S. Antonio nel luogo di Campo S. Piero fuori di Padoua circa miglia dieci habitò scrisse opere Sante pradicò & fece molti miracoli, & in questa Croce di legno tale hauendo fatto far alcuni buchi con caselline d'argento dentro di essi & coperte di Cristallo di Montagna in essi hà riposti li detti fragmenti & particole di S. Antonio con altre Reliquie della sua veste e Cilitio come si vede, & hauendo fatto fare vn bel quadro con le cornice negre alto onzie 12. e meza, & largo ontie 9. e meza adornandolo con 18. pezzi d'argento lauorato, in esso ha posta la detta S. Croce fatta di detta noce, della quale sono parimente le altre due figurine di S. Antonio, che si vedono nel quadro vna per parte di essa Croce, alla quale esso Sig. Co Giacomo di più hà fatto anco attaccare vn' anello d'oro con pietra rossa, & vn IHS sopra di essa fatto di Smalto bianco.

Et questo è quell'anello miracoloso descritto dal Cau. Pona nel suo Santo di Padoua miracolo 38 car 250. il quale anello essendo stato perduto da esso Sig Co. Giacomo nella Sacristia del Santo il di 19. d'Agosto 1644. mentre che essendo parimente Presidente della Veneranda Archa faceua vedere à persone deuote foreste le Santiss. Reliquie, che iui sono; essendo dalli diuoti Padri recitato il suo Santo Responsorio: per miracolo del Santo quādo esso Sig. Conte tornò à Casa sua, trouò esso anello nella sua camera; qual anello ha toccato il santissimo mento, & ossi del Santo, & infinite altre reliquie di altri Santi fuori delli Cristalli, & ignude, sicome hauendolo poi vn' altra volta perduto à Este, doppo alcuni giorni per virtù del Santo Responsorio lo hà ritrouato.

Finalmente nel medesimo quadro esso Illustriss. Sig. Conte Giacomo ha poste

poste attaccate, & inchiuse due lime, & la sega stesse delle quali Monsignor Illustriss. & Reuerendiss. Vescouo sudetto si hà seruito nel segar l'osso benedetto di S. Antoio, & però tra li denti di esse vedonsi ancora altri fragmenti del Santo attaccati giurando esso Sig. Co. Giacomo manu tactis scripturis (essendoli per me Nod. dato il giuramento) che tutte le cose sudette sono verissime & particolarmente che quelli fragmenti sono di quelli dell'osso di S. Antonio che li furono dati dal sudetto Monsig. Illustriss. & Reuerendiss. Vescouo come si è detto di sopra.

Et acciò non ne naschi dubbio nelli tempi venturi circa la persona sua che habbi fatto questa S. Opera; al piede di essa Santiss. Croce ha fatto por vna bell'Arma d'argento grande & coronata, che è la propria di casa Zabarella congionta con l'arma Sabatina come la portano li Sig. Conti Zabarelli & così perche le dette Sante Reliquie siano conseruate, & custodite si che non possono essere leuate ne messe in dubio, egli hà fatto coprir il medesimo quadro con vn cristallo bello, grande, & di vn sol pezzo dalla parte di sopra, & di sotto con tauoletta di abete bolata da quattro parti di sopra & di sotto essa tauoletta con cera Spagna, & sigillata con l'arma propria di detto Signor Conte Giacomo di forma picciola in numero di sedici sigilli.

Essendo per tanto l'Illustriss. Sig Co. Giacomo Zabarella sudetto venuto à Bologna & douendo subito partirsi si è ridotto à posta in questo loco per le cose istesse alla presenza della Reuerendissima Madre Abbadessa, & delle M.R.R. Madri, che di sotto con il loro proprio nome & cognome saranno Registrate, le quali tutte qui sono venute congregate & conuocate per questa causa specialmente.

Et hauendo fatto far vn Sacrario ouero custodia di legno, e di ferro, doue debba essere riposto & conseruato il sudetto quadro li hà fatto fare sopra due chiaui vna d'oro, e l'altra d'argento, acciò con esse resti questo gran thesoro ben custodito.

Et però alla detta R.M Abbadessa, & alle M. RR. Monache presenti, & à tutte quelle che doppo loro saranno in questo Monasterio in perpetuo esso Sig. Co. Giacomo presente spontaneamente, & espressamente hà fatto, & fà vna vera & real consegna del sopradetto quadro con la sopradetta Santissima Reliquia del glorioso, & miracoloso S. Antonio di Padoua; Et in segno di vera, & reale Inuestitura, che deue esser perpetua & irreuocabile facendo esso Sig. Co. Giacomo per se, &c. ha consegnato in mano propria di detta Reu. M. Abbadessa la Chiaue in argento di detto Sacrario, a Custodir insieme con vna posta di Corona chiamata vn Caualiere di diaspro incatenato d'argento con medaglia grande d'argento di S Antonio, & con vna Croce della medesima noce di detto Santo legata in argento che hanno le indul-

genze

gēze del medesimo Santo, acciò le debbi conseruare tutto il tempo che sarà Abbadessa, & poi consignarle ambidue alla Abbadessa, che sarà doppo di lei & così doueranno fare tutte le altre che succederanno, douendosele consignare l'vna all'altra in perpetuo in segno della loro Padronia, & autsorità che haueranno sopra la custodia, & protettione di detta Santissima Reliquia.

Mà perche esso Illustris. Sig. Conte Giacomo Zabarella dimora in Padoua & perciò non può assistere personalmente alla custodia, & gouerno di essa Santissima Reliquia, confidatosi nella somma bontà, virtù, & diligentia dell'Illustris. Sig. Gasparo Bombaci Nob. Bolognese da lui benissimo conosciuto; si è disposto di confidar in lui, & lasciarli la cura, & però lo mette, & lascia in loco suo Protettore & Interuētore perpetuo in vita sua dandoli, & conferendoli tutta la sua potestà, & auttorità di poter fare tutte quelle cose, che stimerà buone, & ben fatte per la custodia, & veneratione di essa Santiss. Reliquia, & per accrescere, & augumentare la deuotione alla sopradetta Capella & S. Croce delli Santi Martiri Hermete, Aggeo, & Caio suoi Antenati, che iui riposano, on le loro sacrate ceneri.

Et perciò in segno di vera, & real Inuestitura, li consegna la Chiaue dorata resseruata alla Casa Zabarella del medemo Sacrario, ouero custodia insieme con vn'altro Caualiere di Corniola con medaglia d'argento grande di S. Antonio, & Croce come la sodetta acciò rappresenti in tutto quello occorrerà esso Sig. Co. Giacomo, & la sua fameglia, & acciò per loro nome disponi, & operi secondo la sua conscienza, & virtù in vita sua; con conditione che le sudette cose doppo la sua morte siano consignate à chi succederà in tal carica, & sarà inuestito doppo di lui dal detto Sig. Co. Giacomo, ouero de suoi figliuoli, ò descendenti, ò altri di casa Zabarella che haueranno il ius Patronato della Croce, ò Capella sopradetta, douendo però à tutti essere preferiti sempre in simil inuestitura, & in concederli questa carica, & auttorità li figlioli, & descendenti maschi di detto Illustris. Sig. Gasparo Bombaci in perpetuo.

Le quali inuestiture hà fatto, & fà volontariamente esso Illustris. Signor Conte Giacomo Zabarella con le infrascritte conditioni, cioè.

Prima, che li detti inuestiti habbino obligo di far subito stabilire, & perfettionare esso Sacrario, ò custodia, & riporla nella Capella, ò Croce de Santi Martiri, nel miglior modo, & ordine che sarà possibile à spese però di esso Sig. Conte Giacomo Zabarella.

Secondo, che quanto prima con quella solennità, & ordine migliore che che li pareranno debbano far portare il quadro con la Santissima Reliquia alla Capella sodetta, & iui riporlo, & serarlo con ambidue le chiaui nel

detto

detto Sacrario, & Custodia, doue star debba perpetuamente.

Terzo, che esso Sacrario non possa ne debba mai esser aperto se non in caso di processione da farsi con la Santiss. Reliquia, et all'hora con la presenza, & consenso di ambedue li sopradetti Signori inuestiti, & loro successori nella carica, & con buonissimi ordini, & regole.

IV. Che esso Sig. Co. Giac. si riserua di potere hauere egli ancora doi altre chiaui simili in casa sua per segno del suo supremo dominio, & d'ogni sua ragione. Alle quali cose tutte essendo stato sempre assistenti, & presenti la Reuerendiss. Madre Abbadessa, con le altre M. RR. Madri, & l'Illustrissimo Signor Gasparo Bombaci sopradetti, hanno accettato volontariamente la sopradetta inuestitura con le sopradette conditioni, & però hanno promesso, & promettono per loro, & suoi successori, &c. di custodire, & di hauere essattissima cura di detta Santiss. Reliquia, & di essa diuota Capella, e Croce, & di non lasciare cosa alcuna perire, ne deteriorare ma con ogni loro potere, fare che sia sempre più conosciuta, & venerata la Santiss. Reliquia, & accresciuta la deuotione à questa Santa Chiesola Capella, ò Croce, sotto l'obligatione de loro stessi delle loro conscienze & anime sue.

Douendo anco in ogni caso che occorresse qualche cosa di notabile darne parte à quel Caualiere di casa Zabarella che sarà Padrone supremo di questo Ius così della Reliquia, come della Capella, & essequire quanto da quello sarà ordinato per vtile, & honore di questo Sacro loco, il che tutto sia fatto a laude di Dio benedetto della Santiss. Vergine, del miracoloso S. Antonio, & delli gloriosi Santi Martiri Hermete, Aggeo & Caio Padroni di essa Capella Maggiori, & Protettori delle Case Zabarella, & Sabbatina, & di tutti li Santi del Paradiso.

Li nomi e cognomi delle R. R. Madri Congregate, & conuocate come sopra sono le infrascritte cioè.

La Molto R. Madre D. Maria Silueria Rossi Abbadessa, M. R. Madre D. Clara Colomba Morelli, R. M. D. Fuluia Geltruda Grassi Celleraria. R. M. D. Alfonsa Paleotti, R. M. D. Placida Muzzi, R. M. D. Girolama Francesca Pauarelli, R. M. D. Fuluia Vittoria Gratti, R. M. D. Germanica Pulcherrima Ercolani, R. M. D. Agricolla Felice Angelelli, R. M. D. Lucretia Bradamanti Ercolani, R. M. D. Vincentia Costanza Cospi, R. M. D. Dorothea Cospi, R. M. D. Flena Ersilia Castelli, D. Maura Ancilla Ercolani, D. Aura Vitale Fontani, D. Clara Gioconda Contani, D. Antonia Ludouica Luppari, D. Scolastica Contina S. Pieri, D. Giuliana Dorothea Ghisilieri, D. Alma Serafica Touagli, D. Maria Gratia Grati, D. Giusti-

na

na Rainera Beuilacqua, D. Angiola Catterina Padouani, D. Geruanda Maria Taruffi, D. Serra felice Taruffi, D. Anna Maria Isabella Beuilacqua, D. Brigida Metilde Pasi, D. Maria Virginia Ghirardi, D. Maria Flaminia Fracanati, D. Maria Vittoria Bertelli, D. Pudentiana Constante Zanchini D. Giouanna Prospera Riuiera S. Petri, D. Antonia Lucretia Gherardi, D. Maria Ermenegilda Frabetti, D. Candida Regina Machinelli, D. Luigia Palma oliua Grati, D. Maria Diletta Corona Celeste Maluezzi, D. Laura Raimonda Pasi, D. Sigismonda Pasi, D. Pompilia Camilla Orsina Orsi, D. Honesta Maria Mariani, D. Alma Eletta Bonauentura Beuilacqua, D. Maria Christina Romualda Sarti, D. Maria Giacinta Catterina Gatti. Actum Bon. sub Capella SS. Vitalis, & Agricolæ in Parlatorio Secreto DD. RR. Mon. præsentibus ibidem Adm. R. D. Io. Franc. olim D. Sabatini de Passarotis Sacerd. Bon. Confessario DD. RR. Monialium Illustri & Eccell. D. Octauio Bertelio Phil. & Med. Doctore filio q. Mag. D. Antonii de Padua de præsenti per transitum hic Bon. degens, & Mag. D. Georgio de Auolio ol. D. Hieronymi Ciui Bonon. &c. Capellæ S. Mariæ Maioris Testibus, &c. qui Excellentiss. D. Octauius, & D. Georgius, &c.

IN Christi nomine Amen. Anno a Natiuitate eiusdem 1656. Indict. 9. die vero 1. Mensis Iunii, tempore Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Diuina Prouidentia Papæ Septimi.

A tutti, e ciascuni che leggeranno il presente publico rogito, sia noto qualmente auanti il Molt' Illustre, & Eccellentiss. Sig. Antonio Rodolfi dell'vna, e l'altra legge Dottore Protonario Apostolico della Colleg. di S. Prisca di Roma Canonico, dell'Illustriss. e Reuerendissimo Signor Girolamo Boncompagni Arciuescouo di Bologna, e Prencipe della sua Corte Arciuescouale di Bologna in Spirituale, e Temporale Vicario Generale.

Comparse l'Illustriss. Sig. Gaspare Bombace Nob. di Bologna della Parochia di S. Tomaso di Strà maggiore, e al detto Illustriss. e Rauerendiss. Monsignor Vicario in nome dell'Illustriss. Sig. Conte Giacomo Zabarella Nobile Padouano, e Patritio Romano absente dalla Città di Bologna, presentò vn quadro con Cornice nere alto onzie 12. e meza, & largbe 9. e meza, ornato con 18. pezzi d'argento lauorato, nel quale stà rinchiuso mediante vn Christallo d'auanti, e dietro in assia con sedici sigilli in cera di Spagna rappresenti l'arma Zabarella in forma piccola, Vna Croce del legno della Benedetta Noce, sopra la quale il miracoloso S. Antonio da Padoua habità longo tēpo

e scrisse,

e scrisse, predicò, e fece molti miracoli nella quale stauano alcuni bucchi con canelline d'argento dentro coperte di Christallo, & in essi stauano diuersi fragmenti d'vn osso del braccio del detto S. Antonio donati al detto Sig. Co. Giacomo da Monsig. Illustriss. e Reuerendiss. Giorgio Cornero Vescouo di Padoua in occasione che fù segatto detto osso per darne parte alla Republica Sereniss. di Venetia come dall'inuestitura fatta in Padoua sotto li 29. Maggio del presente Anno rogato il Sig. Pietro Noli Notaro Padouano il tenor del quale si registrarà qui abasso, e perciò fece instanza in nome sudetto di confrontare esso quadro col instrumento rogato per me Notaro inesso, sotto li 26. Decembre prossimo passato 1655.

Il quale Molt'Illustre, e Reuerendiss. Monsig. Vicario Generale, visto letto, e considerato l'instromento per me Notaro rogato come sopra, e così con detto instromento; e col'altro fatto in Padoua concordate le dette reliquie ò fragmenti tali quali sono descritti ne detti instrum. E successiuamente detto Illustriss. Sig. Gaspare in nome sudetto fece Instanza al sudetto Monsig. Reuerendiss. Vicario di esporre publicamente detti Santi fragmenti, acciò dal popolo potessero esser Venerati come si fanno le vere reliquie, & à questo effetto fossero collocate nella Chiesola de SS. Martiri Ermete, Aggeo & Caio incontro la Chiesa del Monastero de SS. Vitali, & Agricola come fù, & è l'intentione di detto Signor Conte Giacomo come così à petitione, & Instanza del sudetto Illustriss. Sig. Gaspare Monsig. Reuerendiss. Vicario sodetto concessa licenza di collocare publicamente dette SS. Reliquie nella Chiesola sodetta ad effetto sodetto, e tutto ciò in ogni miglior modo &c.

Actum Bon. in Palatio Archiepiscopali, ac in solitis ædibus præfati Reuerendiss. D. Vicarij ibidem præsentibus perillustri, & Adm. R. I.V. D. Colleg. D. Antonio Francisco de Ciriolis Nob. & Sacerd. Bon. & Illustriss. & Eccell. & adm. R. D. Io. Bapt. de Cadronchijs mensæ Archiep. Sindico Testibus, &c.

IN Christi nomine Amen. Anno a Natiuitate eiusdem 1656. Indict. 9. die verò 1. Mensis Iunii, tempore Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Diuina Prouidentia Papæ Septimi.

Constituito auati li Testimonij, e me Notaro infrascritto l'Illustriss. Sig. Gasparo Bombace Nob. di Bologna, & in nome dell'Illustriss. Sig. Co. Giac. Zabarella Nob. Padouano Patritio Romano, e spontaneamente consignò al R. S. D. Girolamo Raffanini Sacrista Mastro delle Cerimonie dell'Insigne Coll. di S. Petronio di Bologna. Il quadro delle Reliquie di S. Antonio di Padoua descritte, notate, e sigillate con sedici sigilli in cera di Spagna col impronto dell'arma della Casa Zabarella come nell'istrumento per me Notaro innesso

rogato sotto il di 26 di Settemb. del passato anno 1655. al quale &c. e questo ad effetto di esporlo publicamente il giorno del detto Santo dalli primi Vesperi sino al tramōtar del Sole di detto giorno nella Capella, e Altare del detto Glorioso Sāto nella detta Insigne Collegiata per poscia collocarlo processionalmente alla Chiesa stabilita de Santi Martiri Ermete, Aggeo, & Caio incontro a Santi Vitali, & Agricola come così detto D. Girolamo riceuè detto quadro, e promisse mediante il giuramento manu pectori apposita &c. per me Not. &c. restituirlo al detto Sig. Gaspare il giorno del Santo nel tramontar del Sole senza eccettione alcuna. E sopra ciò fù fatto rogito publico da me Not. predetto, & infrascr. ad instanza, et così ricercato per parte di detto Sig. Gaspare, &c.

Actum Bononiæ in Ecclesia Colleg. S. Petronij præsentibus ibidem Adm. R. D. Cæsare Sacerd. Mutinæ diac. Capellæ S. Martini de Cruce Sanctorum, & Dominico à Nuce Ianuense famulo dicti Illustriss. D. Gasparis testibus &c.

IN Christi Nomine Amen. Anno à Natiuitate eiusdem 1656. indict. 9. die vero decimatertia mensis Iunii Tempore Pontific. Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Diuina Prouidentia Papæ Septimi.

In essecutione delle cose promesse per il R. P. Girolamo Raffanini Sacrista e mastro delle ceremonie dell'insigne Colleg. di S. Petronio di Bologna nell'Instrumento per me Notaro rogato sotto li 12. del corrente, essendo prima stata portata processionalmente d. Sig. D. Girolamo restituì il quadro delle reliquie di S. Antonio da Padoua all' Illustriss. Sig. Gasparo Bombace Nobile Bolognese, il quale fatto prima il confronto de Sigilli, e quelli concordati riceuè detto quadro, e successiuamente mediante il Sig. D. Gio. Francesco Passaroti Curato, e Confessore delle RR. Madri di SS. Vitale, & Agricola fù collocato nella Chiesa de SS. Martiri Ermete, Aggeo, & Caio, rincontro alla Chiesa delle sudette Madri, e nel tabernacolo à ciò preparato, serandolo con le due Chiaui consignate dal Sig. Co. Giacomo a questo effetto, come nell' Instrumento da me Notaro rogato il dì 26. Decemb. 1656. sopra le quali cose io infrascritto Notaro feci il presente instromento, &c.

Actum Bonon. in Paruula Eccles. S. Crucis SS. Ermetis, Agei & Cai, prędicti ibidem præsentibus Illustriss. & Reu. D. Co. Alex. de Campegijs Metrop. Eccles. Primicerio Nob. Bonon. & Illustriss. D. Co. Cosmo de Cospijs Nobile Bonon. Capellæ SS. Vitalis & Agricolæ Testib. &c.

Ego Ioannes Baptista Cauatius ol. D. Iuly Cæs. filius Bon. Ciuis, ac Com. eiusdem auct. Not. necnon Curiæ Archiep. Bon. Actuarius de prędictis rogatus in præmissorum fidem hic me subscrisi, & subsignaui req.

Pri-

Priuilegio di Caualiere concesso da Henrico 3. Rè di Francia & di Polonia al Sig. Andrea Zabarella,

Tradotto dalla Lingua Francese nella Italiana.

HENRICO per la Gratia di Dio Rè di Francia & di Polonia à tutti quelli, che le presenti lettere vederano, salute. Saper faciamo, che noi desiderosi di bene & fauoreuolmente ttattare il Nostro charo & ben amato Sig. ANDREA ZABARELLA in consideratione de buoni, e fedeli seruitij, li quali per auanti, & di tēpo longo ha fatti alli morti Rè nostri predecessori in tutte le guerre, scaramuccie, & battaglie, che si sono fatte, & altre occasioni che ci sono appresentate, e doue è stato esposto. volendo a questa occasion darli a conoscere la buona stima, & riputatione, nella quale noi lo habbiamo & teniamo per le sue virtù & meriti. Per queste cause adunque & poi perche ci ha supplicati & richiesti li doniamo il cinto militare & l'ordine di Caualeria, gli lo habbiamo donato di buon cuore & concesso, abbracciādolo alla presenza di alcuni Prencipi del nostro sangue, & di molti gran Signori & persone segnalate stanti appresso di noi come in tal caso è richiesto, & accostumato. Et che per l'auuenire possi godere, & vsare le ragioni, honori, & Autorità che si appartengono & depēdono tanto in fatto di guerra, armi, congregationi, giuditij, & in ogni altro luogo & ancora a portar arme & Vestimenti che appartengono & depēdono da stato di Caualiere cosi come è per la forma, e maniera che fanno, & hanno accostumato di far godere, & vsare tutti li altri Caualieri di nostra mano li doniamo. Et commandiamo a tutti li nostri Vicegerenti, Marescial, Capitani, Capi, & condottieri delle nostre genti di guerra tanto a Cauallo, quanto a piedi, & a tutti li altri nostri sudditi, & Vassalli presenti, & futuri, & a ciascuno di loro; si come à lui appartenerà; che il detto Signor ANDREA ZABARELLA facino sordistino, & lascino & godere & vsare di piano & pacificamente tutte le ragioni, honori, prerogatiue, & preminentie, che appartengono al detto stato & ordine di Caualiere come è detto di sopra, cessando, & facendo ces-

fare ogni molestia & impedimento in contrario, perche cosi a noi piace & in testimonio, & confermatione di questo noi habbiamo fatto porre il nostro Sigillo al presente.

Dat. in parigi alli 7. di Luglio, l'anno di gratia 1565. & del nostro Regno, l'anno secondo.

Priuilegio da Lodouico XIII. Rè di Francia & di Nauara, concesso al Conte Francesco Zabarella di Cau. dell'Ordine di S. Michiele.

Tradotto dalla Lingua Francese nella Italiana.

SIgnor Conte Francesco Zabarella, il lodeuole rapporto, che il Signor Arciuescouo di Ambruno Consegliere ne miei Consigli di Stato e priuato, e mio Ambasciatore Straordinario à Venetia mi hà scritto del Zelo, che voi fate parere in ogni occorenza per lo bene del mio seruitio, mi inuitano a testificarui la sodisfatione, che me ne resta; e la stima che io faccio del vostro merito; Hò determinato di honorarui col mio Ordine di S. Michiele; Perilche ne hò fatto fare la speditione necessaria al detto Signor Arciuescouo di Ambruno per daruene il Collare à mio nome, & ho voluto conseguentemente scriuerui questa lettera per dirui che habbiate a ritrouarui da lui secondo l'auiso, che ve ne darà, per riceuerlo, e diate fede a ciò che vi dirà da mia parte in questa materia, pregando Iddio che vi habbia Signor Conte Francesco Zabarella in sua Santa Custodia.

Scritto nella Rocca di Vincenna questo dì XXVII. giorno di Luglio 1660.

LODOVICO.

Con-

Commissione di ordine del Rè Capo, e Sourano dell'Ordine di S. Michiele.

AL nostro Amato, e fedel Consegliere, ne Nostri Consigli di stato, e priuato, e nostro Ambasciadore Straordinario Venetia il Sig. Arciuescouo di Ambruno Salute. Hauendo ben considerato, scielto, ed eletto nell'assemblea de Caualieri nell'Ordine di S. Michiele il Sig. Co. Francesco Zabarella per esser adunato ed associato ad detto ordine, e non potendo far migliore, ne più degna elettione che voi per dargliene il Collare. A questo effetto vi habbiamo commesso, ordinato, e deputato, commettiamo, ordiniamo, e deputiamo con queste presenti sugellate di nostra mano per dare a nome nostro al detto Sig. Conte Francesco Zabarella il Collaro del nostro detto Ordine, ed a riceuer da lui il giuramento con le solite cerimonie, e con le conditioni più appieno dichiarate nel instruttione, che noi vi mandiamo, e generalmẽte fare in ciò quello che noi medesimi faressimo, e far potressimo se vi fossimo in persona; e di ciò fare vi diamo autorità, e mandato particolare con queste presenti, essendo tale la nostra Volontà.

Dato a Vincenna sotto il Sugello di nostro segreto il dì 27. di Luglio 1660.

LODOVICO.

Attestato de ll'Ordine riceuuto.

NOI GEORGIO di Ambussone della Fogliada Arciuescouo, e Prencipe di Ambruno, Consegliere del Rè in suoi Consili di Stato, e priuato, e suo Ambasciatore Straordinario presso alla Serenis. Republica di Venetia. Attestiamo à tutti quei che apparterrà qualmente in virtù delle Letterre del Rè à noi inuiate habbiamo dato a suo nome al Sig. Co. Francesco Zabarella il Collaro dell'Ordine di S Michiele, hauendo preso da lui, e riceuuto il Giuramento richiesto, e solito in simil caso, in testimonianza di che habbiamo segnata la presente, ed à quella fatto porui il Sugello delle nostre armi per seruire al detto Sig. Conte Francesco Zabarella come è di raggione.

Fatto a Venetia questo 31. d'Agosto 1660.

Giorgio Arciuescouo d'Ambruno.

Di ordine del mio detto Signore
Angeli Secretario.

Pri-

Priuilegium Ducis Mantuæ, &c. concessum Comiti Andreæ Zabarella.

ISABELLA CLARA Archiducissa Austriæ, Ducissa Mantuæ Montis Ferratis, &c. Ducis Ferdinandi Caroli Mater, & Curatrix, &c. Nihil quod sit magis Magisque dignum Principes in Maiestatis fastigio existentes in mente versantur, quam erga Viros, & proprii animi dotibus, & auitis splendoribus claros munificentiam, ac liberalitatem exercere; Quapropter cum præ oculis habeamus antiquissimam familiam Zabarellam inter Patritias Patauinæ Vrbis illustrem, ac sublimis nobilitatis insignitam splendoribus, vti descendentem a vetustissima illa Sabatina, quæ à Cornelijs originem traxisse rerum Bononiæ testantur Auctores, vbi eandem familiam Sabatinam viris, & Sanctitate, & sago, & toga conspicuis claram fuisse, plurima vetustatis monumenta patefaciunt; & præcipuè Dominum Calorium Sabatinum Bononiæ Equitem, & Gibellinorum Ducem Oppidi Plebis Sacci in Patauino Agro Comitem Imperialem ab Augustissimo Imperatore Federico anno 1180. creatum qui primus familiæ Zabarellæ cognomen dedit à quo quidem Calorio longa virorum serie propagarunt Zabarellæ stirpis descendentes; necnon Eminentissimum Franciscum S.R.E. Cardinalem doctissimum I.C. multosq; huiusmodi familiæ Episcopos, Archiepiscopos, Apostolicos Legatos, aliosque Ecclesiasticarum, & secularium dignitatum ornamentis præditos, quorum adhuc viget memoria, vt Clarissimorum Virorum, & præcipuè Comitis Gasparis Sciopii commentaria latè referunt. Cumque etiam sese Nobis offerat D. Andreas inuictissimi Henrici Gallorum Regis Eques, & Decurio, eique apprime carus, attēris potissimum ipsius virtute, & meritis, ac Dominus olim Camillus eiusdem Andreæ frater qui, & ipse maiorum suorum vestigia feliciter calcauit, modoque Achiles nepos præclaris virtutū ornamētis insignitus, & tandem D. Andreas Senioris Andreę pronepos, & eiusdem Achilis filius, cuius morigerata optimaque indoles ipsum auita gesta immitaturum pollicetur; prædictique D. Achilis summum erga Domum istam, & Nosmetipsos obsequium assiduumque, & diligens seruitium a dictomet D. Andrea in munere Ephebi Nobis præstitum; vt propensam gratamq; animi nostri vo-

voluntatem erga eundem D. Andream declaremus, ipsum ad perfulgidam Comites dignitatem promouere decreuimus. Hoc igitur decreto pro arbitrio, & absoluta potestate, quibus in vtroque Mantuæ, & Montis ferrati Ducatu curatorio nomine pro Duce filio nostro publicè fungimur, ex certa nostra scientia, & aaimo bene deliberato præfato Illustris D Andream eiusque filios & descendentes masculos legitimos, & naturales, ac ex legitimo matrimonio natos, & procreatos primogenitos, & primogenitorum primogenitos in infinitum ordine primogenituræ semper seruato Comitis titulo, & honore decoramus, & insignimus Comitesque constituimus, & creamus, adeo ut Comitis dignitate fulti sint & intelligantur, Comitesq; dicantur, appellentur, nominentur, tractentur, & sint, congruumque, & ipsi conuenientem locum vbiq; que obtineant, omnibusque insigniis, ornamentis, honoribus, gratiis, prærogatiuis, & præheminentiis vtantur, fruantur, & gaudeant, atque vti, frui & gaudere possint, quibus alii Comites vbiq; locorum vtuntur, fruuntur, & gaudent, ac vti frui, & gaudere possunt consuetudine, vel dei ure. Hoc demum nostri Tituli ac sublimationis decretum, quo omnibus obstantibus aut obstare valentibus de antedicta potestatis nostræ plenitudine derogamus, & derogatum iri volumus, & iubemus, etiamsi talia forent de quibus hic specialis, & indiuidua mentio esset habenda, vel fieri debuisset, nemo audeat infringere, aut imminuere, sed omnes cuiuscumque status, & conditionis illud integre præstent, & inuiolabiliter præstandum curent, sub indignationis nostræ pœna, ac centum marcarum auri puri, quas ab eo qui contrauenire præsumpserit irremissibiliter exigi, earumque medietatem Montis ferrati fisco, cæterum vero iniuriam passorum vsibus applicari mandamus. In quorum fidem & robur hoc idem decretũ quod erit manu nostra subscriptum, maiorisque sigilli Nostri appensione munitum dari, & exscribi iussimus.

Datum Mantuæ sexto Idus Iunij MDCLXVII.

ISABELLA CLARA.

Pri-

SEd quia familia insignis Cauaccia sanguine, & necessitudine fuit semper & est coniunctissima cum familia Zabarella decreui hic quoque inserere priuilegium Co. Hieronymo Cauaccia a Serenifs. Senatu Veneto Concessum.



Priuilegium à Serenifs. Senatu concessum Comiti Hieronymo Cauaccia.

FRANCISCVS Molino D.G.Dux Venetiarum, &c. Vniuersis,& singulis, ad quos hæ nostræ peruenerint significamus cum Senatu videlicet.

Partendo presentemente per il lungo, e pericoloso viaggio di Polonia doue è destinato il Circõspetto fedelissimo Secretario del Cons.di X.Girolamo Cauazza in cui cõcorrono li requisiti di merito singolare ben noti a questo Conseglio per i vantaggi riceuuti da numerose leuate da lui spedite, non meno,che in altri essentialissimi maneggi a profitto delle cose nostre, ben degno si rende d'ogni più viua dimostratione d'ornamento,e di grado alle sue fruttuosissime fatiche, maggiormente che và congionto col nostro medesimo seruitio il qualificare d'alcun carattere conspicuo questo accreditato ministro. Però l'andarà parte,che al predetto Secretario Cauazza destinato al Rè di Polonia, sia per moto proprio di questo Conseglio concesso il titolo di Conte,*con le insegne prerogatiue,preheminenze che lo accompagnano. Onde potendo con esso sostenere più decorosamente il ministerio, ne venga anco à ridondare più relleuante profitto alle cose publiche.* Quare auctoritate supradicti Consilii mandamus vobis vt ita exequi debeatis.

Datæ in nostro Ducali Palatio Die 30.Iulij Ind.3.1650.

Francisco Zoncha Secret.

1652. *Die* 29. *Ianuarij.*

Dictus clarus Vir Co. Hieronymus Cauaccia creatus fuit Patritius Ven.cum suis descẽdentibus in infinitũ ob infinita sua merita.

Con-

Concessio Abbatiæ Prataleæ Eminentiss. & Reuerendissimo D. Francisco Zabarellæ Card. Florent.

THomas Mocenico D.G.Dux Venet. Vniuersis & singulis, &c. significamus in Concilio Nostro Rogatorum captam fuisse partem infrascriptam, videlicet.

Cum vacante Abbatia S.Mariæ de Pratalea. Scriptum fuerit Summo Pontifici in fauorem cuiusdam Ciuis Paduani, vt dignaret eundem Ciuem Paduanum in Abbatem dictæ Abbatiæ eligere, & perferre. Dictus verò Summus Pontifex dictam Abbatiam contulit in commendam Reuerendiss.in Christo Patri D. Francisco de Zabarellis Cardinali Florentino, & multum efficaciter & instanter idem D.Papa scripserit, & rogauerit nostrum Dominiũ, vt nobis placeat dictam Abbatiam in commendam dicto D. Cardin.dare, & similiter dictus D Cardinalis multum amicabiliter rogauerit nostrum Dominium vt permittamus eundem dictam Abbatiam in commendam habere; Communitasque nostra Paduæ similiter supplicauerit & scripserit in fauorẽ dicti D.Cardinalis vt dignaremur dictũ D.Cardinalem ad dictam Abbatiam admittere, & consideratis conditionibus præsentibus. Multum faciat pro nostro Dominio dictum D.Papam haberc propitium, & fauorabilem pro his quæ agere habemus cum D. Rege Romanorum, & Vngariæ; & etiam vtile, & fructuosum habere dict.D. Franciscum Cardinalem Florent. propitium & fauorabilem factis nostris pro his, quæ habere, & contractare habemus, tam ad præsentiam Summi Pontificis, quam cum D. Imperatore. Et considerata laudabili dispositione dicti D.Cardinalis prædicti ad honorẽ nostri Domini, sicut continuè demonstrauerit, & demonstrat, nam & creatura, & Ciuis noster Paduanus & gratus & acceptus vti vniuersitati Paduę.

Vadit pars quod dictus D. Franciscus Zabarella Cardinalis Florentinus prædictus acceptetur. Ita quod dictam Abbatiã possit habere in commẽdam prout illã sibi contulit Summus Pontifex; prouidendo quod de redditibus dictæ Abbatiæ taliter prouideatur quod Monaci eiusdem possint bene viuere ad cultum diuinum at-

tendere, & Monasterium in his, quæ essent necessaria reparari possit. Data in Nostro Duc. Palatio die 3. Nouemb. 1413.

Aloysius Zant. Ducalis Not.

LAVRENTIVS PRIOLVS Dei Gratia Dux Venetiarum, &c. Vniuersis, & singulis Nobilibus & Sapientibus Viris de suo Mandato Potestatibus, Capitaneis, Locumtenentibus alijsque Rectoribus & Officialibus quarumcunque Ciuitatum terrarum & locorum nostrorum, necnon quibuscunq; Magistratibus Capitaneis & officialibus huius Vrbis nostræ Venetiarum, ad quos presentes aduenerint significamus.

Che mossi noi dalli molti meriti & dalla inconcussa fede verso il stato nostro così del fedelissimo di quello *D. Zuanne Zabarella* Caualiere, fo figliuolo del Spettabile & à noi charissimo *D. Giacomo Dottore*, & *Caualiere* Nobile Padouano, come del detto suo padre, e delli suoi maggiori hauemo hoggi con il Conseglio nostro di X. concesso a *D. Marco Antonio Dottore*, & figliuolo del ditto *D Zuanne Zabarella* Caualier licentia di poter portar l'armi in vita sua così in questa Città, come in cadaun' altra Città, Terra, & luogo del Dominio nostro. Per tanto con l'auttorità del detto Conseglio comandiamo a tutti, & a cadauno de voi, che dobbiate osseruarli la sopradetta concessione nostra inuiolabilmente.

Dat. in Nostro Ducali Palatio die xii. Nouemb. ind. 1. M.D.LVII.

Priuilegium Ducis Aurelianensis concessum Francisco Zabar. Equiti.

NOS PHILIPPVS ANTONIVS Naturalis Filius Comitis Virtutum, &c. Potestate nobis plene tributa per Illustrissimum Principem, & Excellentissimum Dominum & Patruum nostrum D. Ducem Aurelianensem, &c.

Licentiam portandi Ordinem præfati Principis concedimus & largimur Nobili & ornato Iuueni FRANCISCO DE ZABARELLIS, qui iurauit nunquam prælibato Principi Domino & Patruo nostro contrarium existere. Imo eidem seruire quotiens fuerit requisitus. In cuius rei testimonium Signeto nostrorum Insignium in absentia nostri magni Sigilli has iussimus confirmari.

Scriptum Aurelianis die 18. Septemb. MCCCCXL.

Adhuc egimus de beneficijs Principum secularium, sed quia de Ecclesiasticis nihil diximus, hic ommittere nolui nonnullas bullas seu deplomata summorum Pontif. quæ inter quamplurima quæ habeo ipse selegi, & hæc sunt.

IOAN-

IOANNES Episcopus Seruus Seruorum Dei Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis Electis Abbatibus, cæterisque Ecclesiarum & Monasteriorum Prælatis & Ordinum quorumcunque Magistris Prioribus Præceptoribus, Capitulis quoque atque Conuentibus Ecclesiasticis, personis Secularibus, & Regularibus exemptis & non exemptis ac Nobilibus viris Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Militibus, & aliis in Dominiis temporalibus cõstitutis, necnon Prouinciarum Ciuitatum, terrarum & locorum quorumlibet Rectoribus Magistratibus, & eorum loca tenentibus ac singularibus quibuscunque personis ad quas præsentes litteræ nostræ peruenerint salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cum sepenumero contingat dilectum filium IACOBVM DE ZABARELLIS DOMICELLVM Paduanũ Familiarem nostrũ ad diuersas mundi partes tam pro nostris & Rom. Ecclesiæ, quam suis negotiis se transferre Nos capientes eundem Iacobum cum omnibus suis sociis siue familiaribus equitibus atq; peditibus Valisiis rebus arnesiis & bonis, & rebus omnibus in eundo, stando, & redeundo plena securitate gaudere Vniuersitatem Nostram & vestrum singulos præsentium tenore requirimus & hortamur in domino, subditis vero nostris etiam gentium armigerarumque Capitaneis vbicunque militantibus distinctè præcipiendo mandamus quatenus præfatum IACOBVM cum huiusmodi sociis siue familiaribus, Valisijs, arnesiis rebus & bonis alijs transire continget per nostra, aut vestra, Prouincias, Ciuitates, Terras, Maria, Flumina, Portus, Pontes, Passus, Territoria, & loca quæcunque tam in accessu ac ressidentia, quam reditu, pro nostra, & Apostolica Sedis reuerentia benigne recomendatum habentes nullam eidem, vel huiusmodi siue comitiuæ realem, siue personalem inferatis iniuriam, molestiam, vel offensam, nec ab aliis quantum in vobis fuerit permittatis inferri, quinimmo eidem de scorta recepta securoque conductu & trãsitu sic liberaliter prouidere curetis etiam absque solutione Datij, Pedagij, Gabellæ, fundi nauis Angarij, perangarij, seu alterius exactionis cuiuscumque generis vt exinde apud nos, & Sedem ipsam possitis merito commendari.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum 9. Septemb. Pontificatus nostri Anno secundo.

Bulla Eug. IV. Papæ Barth. Zabar. Archiep. Spal.

EVGENIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Venerabilibus fratribus Bartholomeo Archiepiscopo Spalatensi Christophoro Episcopo Ceruiensi, ac dilecto filio Nicolao Sanctæ Mariæ de Moniacis Montefreg. Diocesis Monasterii Abbati salutẽ.

Cum vos ad petendum quæcumque in Basiliense Consilio contra personam, authoritatem, ac libertatem nostram, & Apostolicæ Sedis, ac Venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinaliũ, & aliorum quorumcunque nobis adhærentium facta, & gesta per dictum Concilium reuocari & in pristinum statum induci per literas nostras deputauerimus: idcirco ad tollendam omnem dissentionis scrupulum vobis in euentum reuocationis prædictæ omnia, & singula, quæ per nos, seu auctoritate nostra contra dictum Concilium, seu singulares personas dicti Concilii cuiuscunque status præheminentiæ, seu conditionis existant, etiamsi sint dictæ Ecclesiæ Cardinales, quouis modo facta, & gesta essent, etiamsi de eis, vel eorum aliqua habenda esset in literis nostris mentio specialis, reuocandum pariter, & in statum pristinum reducendum auctoritate Apostolica de prædictorum fratrum nostrorum consilio plenam, & liberam tenore præsentium concedimus facultatem; volentes quod in executione prædictorum duo ex vobis, tertio absente, vel alias quomodolibet impedito, seu non interessente procedere valeatis ratum, & gratum habituri quicquid in præmissis, & circa præmissa per vos, seu duos ex vobis vt præmittitur fieri, & exequi contingerit, idque faciemus vsque ad satisfactionem condignam auctore Domino inuiolabiliter obseruari.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ M.CCCC.XXXII. Idibus Augusti Pontif. nostri Anno III.

Ego Antonius Tit. Sancti Marcelli manu propria subscripsi.
Ego Iordanus Episcop. Sabin. ad fidem manu propria subscripsi.
Ego Lucidus Sanctæ Mariæ in Comesmedin Dec. Card. subscripsi.

IN Christi Nomine Amen. *Nos Albertinus* de Zuchis Decretorum Doctor Mansionarius Ecclesię Cathedralis Paduanę, & à Reuerendissimo Domino *Fratre Bertuccio Contareno* Priore Sacræ Domus Sancti Ioannis Hierosolimitani Ciuitatis Venetiarum Commissario ad infrascripta à Sãctissimo in Christo Patre & Domino nostro, DOMINO SIXTO DIVINA PROVI-

DENTIA PAPA IV. & vigore literarum suarum pro expeditione contra perfidos Turchas Christiani nominis hostes: in defensionem Insulæ Rhodi, & fidei Catholicæ facta & facienda concessarum ad infrascripta deputato; Commissarius surrogatus Spectabili Iuris Vtriusq; Doctori *D. Iacobo de Zabarellis* Nobili Patauino ac Vniuersis & singulis tã maribus, quam fœminis de Domo & Familia eiusdem D. Iacobi, necnon Ioanninæ Vxori Gasparis famuli ipsius salutem in Domino sempiternam.

Prouenit ex Vestræ deuotionis affectu quo Romanam Ecclesiam reueremini ac Vos huic Sanctę ac necessarię expeditioni gratos redditis, & liberales, vt pensiones vestras, illa præsertim: quæ conscientiæ pacem, & animarum væstrarum salutem respiciunt ad exauditionis gratiam admittamus, hinc scilicet quod nos vestris deuotis supplicationibus inclinati, vobis vt aliquem idoneum & discretum Presbyterum secularem, vel cuiusuis ordinis Regularẽ, in vestrum possitis eligere Confessorem, qui Confessione vestra diligenter audita pro commissis per vos quibusvis criminibus, excessibus, & delictis quantumcumq; grauibus & enormibus, etiamsi talia fuerint, propter quæ Sedes Apostolica sit quouis modo merito consulenda, iniectionis manuum in Episcopum, vel superiores ac libertatis Ecclesiasticæ seu offensæ, conspirationis in personam aut statum Romani Pontificis, vel cuiusuis offensæ inobedientiæ aut rebellionis sedis eiusdem, ac præsbytericidii casibus duntaxat exceptis: in reseruatis semel tantum, in aliis verò non reseruatis toties, quoties fuerit opportunum, debitam absolutionem impendere, pęnitentiam salutarem iniungere, ac omnium peccatorũ vestrorum, de quibus corde contriti & ore confessi fueritis: semel in vita, & semel in mortis articulo, plenariam remissionem, & indulgentiam, auctoritate Apostolice vobis concedere possit dicta auctoritate qua fungimur in hac parte: Indulgemus. In quorum fidem præsentes litteras fieri iussimus, & nostri sigilli impressione muniri.

Dat. Paduæ die xvii. Aprilis MCCCC.LXXXI.

Bartholomæus Luppus Not. Curiæ Episc. Paduæ M.

ALE-

ALEXANDER PAPA VI, Dilecto Filio Iacobo de Zabarellis Comiti Paduano.

DIlectæ Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem. Desideras vti nuper nobis exponi fecisti Dilectã in Christo Filiam Magdalenam natam tuam in Monasterio Monialium Sancti Iacobi Paduæ ordinis Sancti Benedicti ut ibi bonis & honestis moribus imbuatur collocare. Nos honestis desiderijs tuis quantum cum Deo possumus Paterna benedictione annuentes; tuisque in in hac parte supplicationibus inclinati. Tibi ut eandem Magdalenam in dicto Monasterio de licentia, & consensu illius Abbatissæ collocare; atque Abbatissa, & Moniales præfatæ eam recipere, & quandiù ibi morari voluerit, retinere. Et in Monialẽ etiam si eidem Magdalenæ tempore procedente placuerit suscipere; liberè, & licitè valeatis Tenore præsentium de speciali gratia indulgemus. Non obstantibus Apostolicis, ac per bo. mem. Nicolaum olim Episcopum Teruisinum, tunc in Dominio Venetorum cum potestate Legati de Latere Apostolicæ sedis Nuntium editis Constitutionibus, & ordinationibus; Illa præsertim qua expressè caueri dicitur, ne aliqua puella laica aliquod Monasterium monialium ingredi, & in eo recipi possit, sub certis censuris, & penis in illa appositis, necnon Monasterii, & ordinis prædictorum iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, quorum omnium tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliter in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus: cęterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscaoris die 24. Iulij 1501. Pontificatus nostri Anno Nono.

Bulla Francisci Zabarellæ Cardin. pro Iacobo Zabarella.

FRanciscus Miseratione Diuina Sanctorum Cosmæ, & Damiani Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconus Cardinalis Florentinus vulgariter nuncupatus, Vniuersis & singulis

salutem

salutem in eo qui est vera salus. Cum Vir Nobilis, & egregius *Iacobus de Zabarellis* de Padua Nepos noster dilectus pluries tam pro nostris, quam suis negotiis se ad nonnullas partes habeat conferre. Vniuersos, & singulos Principes, tam Ecclesiasticos, quam sæculares, seu dominia, & communitates, Capitaneos armorum necnon officiales eorum, ad quos præsentes literæ peruenerint affectuose requirimus, & rogamus, quatenus dictũ Iacobum Nepotẽ nostrum vt præmittitur; cum omni eius comitiua sotiorum, & famulorum suorum suisque equis, arnesijs, armis, pannis, valisijs, de hijs rebus, bonisque omnibus die noctuq; per terram, & aquam quandocumque, & quotiescunque per Ciuitates, terras, fortilitia, castra, oppida, districtus, portus, Pontes, Passus, & loca alia ipsorum transitum fecerit in eundo, morando, & redeundo absq; alia solutione gabellæ, datij, pedagij, limite tholonij costume fundi nauium, aut impositionis exactionis & fisci libere & pacifice transire permittant nostri intuitu contemplatione, & amore. Ac ipsum fauorabiliter cum omni eius comitiua, & rebus commissum habeant; Eidemque prouideant de scorta ac saluo conductu si necesse fuerit, & idem duxerit requirendos. Itaque eidem & eorum cuilibet exinde teneamus ad merita gratiarum, Nobis adscribentes ad gratiam singularẽ quicquid Iacobo Nepoti nostro prędicto factum fuerit. In cuius rei testimonium has nostras patentes literas fieri fecimus, & sigilli nostri Cardinalatus iussimus impressione muniri.

Datum Romæ in domibus nostræ solitæ Ressidentiæ situat. in Regione Parionis sub Anno a Natiuitate Domini, Millesimo, Quadringentesimo Vndecimo, Indict. quarta; Die verò Lune quartadecima Mensis Septembris, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris & Domini Nostri D. Ioannis Diuina Prouidentia Papæ Vicesimitertij, Anno secundo.

Bulla Cardin. Zabar. pro Daniele Zabarella.

FRANCISCVS Miseratione Diuina Sanctorum Cosmæ, & Damiani S.R.E. Diaconus Cardinalis Florentinur, vulgariter nuncupatus. Vniuersis & singulis ad quos præsentes aduenerint salutem in Domino sempiternam.

Cum contingat quod *Daniel de Zabarellis* Nepos noster dilectus se habeat ad quæuis loca vestra tum pro nostris quam suis agendis per-

personaliter conferre Vos omnes & singulos supradictos affectuõ, se precamur quatenus ipsum *Danielem* per loca, & passus vestros, absque solutione alicuius passagii, aut alterius exactionis genere cum equis, & famulis ac rebus suis quibuscunque libere permittatis transire. Ipsumque nostri instinctu & amore taliter in eundo stando & redeundo tractetis quod in suo reditu gratam nobis relationem facere possit & nos exinde Vobis merito regratiari valeamus. In cuius rei testimonium præsentes fieri fecimus, & nostri Sigilli Cardinalatus iussimus impressione muniri.

Datum Bononiæ die Iouis 14. Mens. Iulij 1414. indict. 7. Pontificatus Sanctissimi Patris & Domini nostri; Domini Ioannis Diuina Prouidentia Papæ Vicesimitertij Anno quinto.

Conradus de Peldri Secr. M.

OPPIZO de Polenta Rauennæ, &c. pro Sancta Romana Ecclesia Vicarius Generalis, &c.

Contingit Nobilem Virum *Danielem de Zabarellis* Fratrem & Consobrinum meum quamplurimum dilectum præsentiũ Ostensorem ad diuersas mundi partes prouincias & loca pro suis & meis se transferre negotiis Dominis igitur & patribus meis supplico fratres, &c. Amicos deprecando quatenus dum per eorum Dominia, Ciuitates, Terras, Castra, Pontes, Portus, Passus, & loca eundem aduenerit pertransire cum decem Equitibus, eius armis, Valisijs, arnesijs, pannis, & rebus aliis ac bonis omnibus mora & reditu semel & pluries die noctuque per terram & per aquam libere tute, & expeditæ proficisci permittant sine solutione Dacij, cuiusuis pedagij, fundi, nauis, oneris, vel passus, vel gabella ipsum quoque commendatum habentes & fauorabiliter pertractantes de tutela & saluo cõductu dum expediens videatur, aut duxerit requirendum prouideant in mei complacentiam singularem. Id ipsum autem Officialibus & subditis meis quibuscunque sub pœna amissionis gratiæ meæ dans districtius in mandatis.

Data Rauennæ die octauo Iunij 1614.

Iulius Canc. scrip.

Prior



Militiæ Equestris Ordo ✠ S.Georgij Constantinianæ.

Com. Iacobo Zabarellæ cum Torque Maiore, & Magno Prioratu Hierosolimæ Concessus.

ANGELVS MARIA ANGELVS FLAVIVS COMNENVS D. Gratia vti à Romanis Moxque Constantinopolitanis Imperatoribus descendens, Sanguinis hæreditario Iure Orientali Imperio, & eidem subiectis Dominijs Successor, Macedoniæ Princeps, Thessaliæ, & Moldauiæ Dux, Driuasti & Dirachij Comes, &c. Angelicæ Aureatæ Constantinianæ Militiæ sub titulo Sancti Georgij & Regula Sancti Basilij Moderator supremus.

Vniuersis & singulis præsentes nostras visuris pariter & lecturis ILLVSTRIQVE & Dilecto Comiti IACOBO ZABARELLAE Comiti Credatij Argi, & Spartæ, Imperijque gratiam nostram & omne bonum. CADVNT opes, Regna & Imperia, elatasque olim pompas exiguus operit cinis, vna temporum iniurijs obstat & superstat Nobilitas, quam omnino insitam, si diuidere tentes, & ipsum (quod nequis) animum contendes, prosterneres.

Nobis iam rerum & gentium Dominis delapsa sint solia, dirupta Dominia nostra, quam præ opibus, præ Regnis, præ imperijs hæreditariam iactamus, Nobilitas sistit, & Nos in eximio honore confirmat, & in cæteros honorificam exercendi liberalitatem Nobis modum ministrat in eos præcipuè, qui Natalium claro fulgore, & egregiam indolem adi ingentes huic Virtutum studia, virtutem opere probantes, opere sibi conciliantes merito, meritis dignitates alliciunt & præmia. Talem Te nouimus, omnique laude dignũ censemus Illustr. Adm. Vir. IACOBE ZABARELLA, qui præclara, & Antiquissima Bononiæ SABATINORVM familia à Cornelijs Romanis Oriunda, quæ post Patauium translata cognomen ZABABELL A acquisiuit, hodieque inter Patritios Romæ, Bononiæ, Patauijque numeratur, Sacræ Purpuræ dederit ne, an ab ea fulgorem acceperit dubium est ortum ducere, præbes, cui Palladis, Martisque dotes splendidior constituere sertum generique tuo quam similimus constanti virtute incumbes, Actis Auorum tuorum Famam non solum seruasti, verum & perennem, sed fulgidiore radio extendisti. Probata insuper fides, animi sinceritas, morumque honestas, quibus tua vera Nobilitas stipata fulget Nobis commendatum reddit, deque hoc Ordine Nostro Te optime meritum salubribus prosequendo Consilijs etiam, atque etiam apte constare fecit. Hæc cum NOS ANGELVS MARIA PRINCEPS MACEDONIAE &c. MAGNVSQVE MAGISTER, &c. Iam omnia, & passim singula perpenderimus sublimis animi tui dotes, ac laudabiliter gesta cognouerimus, qui enim Auita Nobilitate Paterna & Materna fulges, virtutum semina per mores pullulare non prohibes. Ea qua seruamus auctoritate Nobis, & Atauis Nostris Macedoniæ Principibus, Ducibus, & Comitibus Driuastensibus, & Dyrachiensibus, Imperialemque actionem a CONSTANTINO MAXIMO Cæterisque Nostri Generis Imperatoribus Hæreditario Iure protrahentibus, à Summorum Pontificum, & Cæsarum priuilegijs Communita Militiæ Nostræ Angelicæ Aureatæ Constantinianæ à Christo D. N. institutæ; Quoniam Noua semper in dies Virtutum tuarum perhibes argumenta, totumque ingenium armis, & operam in Nostrum Ordinem, & Religionis Nostræ Decus sustinendum. Motu proprio & animo deliberato TE Nob. & Ill. Virum Com. IACOBVM ZABARELLAM ad Altam Senatoriam Ordinis Nostri Dignitatem euehimus, ac inter Quinquaginta Torquatos Equites constituimus, quos ab initio Præpositos Labarum, siue Labari dictos CONSTANTINVS MAXIMVS ex proceribus suis exercitus Labaro Imperiali preferẽdo præposuit. Mandamus itaque, & decernimus TE Equitem Torquatum, siue Magnæ Crucis in posterum ab omnibus haberi, TIBIQVE facultatem impartimus Ordinis Nostri D. GEORGII imagine pendente ac Crucem Magnam

gnam

gnam Holosericum Nostram ante pectus pallam gestandi, vt cœteri Torquati gestant; Eidemque TIBI locum cum Quinquaginta alijs Optimatibus Nostris in Supremo Nostro Consilio assignamus, vbi volumus TE vocis actiuæ, & passiuæ esse Compotem. Priuilegijsque tandem ijs omnibus, prærogatiuis, facultatibus, immunitatibus, & honoribus augemus, quibus Torquati Nostri Senatores, siue Optimates vtuntur, fruuntur, & gaudent. Insuper maioribus gratijs TE prosequi volentes, vt eo magis tuorum meritorum claritas ac Nobilitas, & noster in te Amor, & constans Voluntas innotescāt Motu proprio & animo quo supra in dignitate MAGNI Prioris Hierosolimæ loco q.ⁿ Illustr. Viri D. Comitis Guidonis de Pepulis Marchionis Prædæ Patritij Bononiensis vltimo loco defuncti, TE Com. IACOBVM ZABARELLAM dicimus, declaramus, creamus, & constituimus, ac ad Regimen Rei Nostrœ Equites in Prouincias illas, Ciuitates, & loca aduocamus quæ dicti Prioratus titulo subijciuntur, nempe Vtriusque Burgundiæ Imperatoriæ scil. & Regiæ sub Ducatus & Comitatus nomine nūcupatæ; scil. TIBI facultates illas omnes, nomina, & prærogatiuas impertiēdo, quæ tātæ dignitati sint allegatæ & quæ vt Ordinis Nostri statuta & leges disponunt; Cæteris Prouinciarum Presidibus, & pro Militia nostra Administrationibus conceduntur. Mandantes cunctis fidelimus Nostris Equitibus, ut TE talem & tanto gaudentem gradu, & honore colant qualem TE modo dicimus & solenniter declaramus. Ita ut omnibus, & singulis gratijs, honoribus dignitatibus, priuilegijs, & indulgentijs vtaris, fruaris & gaudeas, quibus ille Comes, & Marchio Guido Pepulus cæterique Nostri Ordinis Senatores, Optimates, Equites Cruce Magna Signati & decorati, Magnique Priores sub Titulo S. Georgij Magni, & Regula S. Basilij vtuntur fruuntur, & gaudent, ac vti frui & gaudere possent & valeant.

Quare omnes, & singulos Serenis. Reges & Serenis. Respublicas, ac Duces Illustris. & Excellentis. Principes, Marchiones, Comites, Barones, Capitaneos, Prætoresque Gentium & Armorum Ductores, necnon & Communitates Ciuitatum, & Vniuersitates Terrarum Oppidorum, Castrorum & Locorum, ac eorum Gubernatores, Potestates, Rectores, & alios quoscunq; Iudices tam Ecclesiasticos quàm Seculares totius Orbis ad quos TE forsan declinare ac in eis locis esse, morari, & transire contingerit, in Domino hortamur, & rogamus quatenus TIBI efficacis deffensionis præsidio assistentes sint & existant. Teque huius documenti & gratiæ Nostræ effectu pacificè vti frui potiri, & gaudere, ad præmissaque & eorum liberum vsum admittant, & patiantur; Non permittendo Te contra huiusmodi tenorem à quocumque quomodolibet indebite inquietari, molestari, aut perturbari. Quo maxime à Sede Apostolica, & à S.R.I. valeant gratiam promereri, et a nobis

con-

condigna proueniet gratiarum Actio. In quorum omnium & præmissorum fidem præsentes fieri mandauimus, Nostraque manu firmatas, ac Sigillo Nostro Imper. pendenti, quo in talibus vtimur munitas dedimus.

Trid. 4. Non. Nouemb. Anno a Christo nato 1652. Magni Nostri Magistratus anno 18. ab ordine vero inchoato MCCCXXXVI.

Angelus Maria Princeps, Magnusq; Magister.

Nouellus Cataneus I. V. D. pro Magno Canc. de Mand. Serenis. Principis, Magnique Magistri.

Registr. in Libro Aureo Equitum Constantinianorum Fol. 1.

C. Iacobus Zabar. Eq. — Elisabeth Cauaccia — Alexander Barisonus — Virginia Barisona

Co. Franciscus Zabarella — Imperatrix Barisona

Co. Iacobus Zabarella
Mag. Crucis Eq.
Mag. Prior Hierof.

PRIVILEGIVM

Nobilis Comitis Scipionis Zabarellæ Equitis Angelicæ Aureatæ Militiæ Constantinianæ S. GEORGII.

NOS ANGELVS MARIA *Angelus Flauius Comnenus, Dei gratia, & Hæreditario Iure, vti à Costantino Magno, aliјsque Romanis, moxque Constantinopolitanis Imperatoribus descendens in Orientale Imperium, cæteraque olim subiecta Dominia successor; Macedoniæ Princeps; Thessaliæ, & Moldauiæ Dux, Comes Driuasti, & Dirachij, Sacræ Angelicæ Aureatæ Constantinianæ Militiæ sub titulo S. Georgij, & Regula Diui Basilij Magnus Magister. &c.*

Vniuersis, & singulis præsens hoc nostrum Priuilegium Inspecturis, lecturis siue audituris, salutem, Dilectoque Nobis, & Nob. Viro D. SCIPIONI ZABARELLÆ Comiti Credatii, Argi, & Spartæ ac Sacri Romani Imperii, Gratiam nostram, & omne bonum, &c.

Extat adhuc illud tot inter, tantasque Imperii Nostri reliquias Nobilissimum munus præ multis, hæreditario veluti iure per maiores nostros Cæsares, & Principes permissum, dies nempè gratiis supercellere, vt diem illam, ferè amisisse putaremus, qua beneficia, & gratias non clargiremur; hanc Atauis gratam memoriam tradere volentes, vt eò magis Nos non Genere tantùm, verùm & hæreditaria Virtute condigne videamur superstites. Sæuiat Ottomanorum Tirannus, nostraque Imperia, Regna, & Dominia immani Virium apparatu subiugare ostentet, modum adimat munificè de more Auito exercendæ liberalitatis, illæsa hucusque inter iniurias iura iactamus, nec minorem ducimus laudem dare in rerum affluentiis, quam in angustiis honorificæ, & Augustæ gratiæ inuenire materiam; placet maximè in illos beneficum enutrire ingenium, qui egregiam, & Natalibus indolem perducentes, bene exercita, adultaque Virtute, Summas sponte gratias alliciũt, & exercentibus in die meritorum cumulum, quos honores præoccupare videntur, quiue nobili, & generoso animo moti in Nostrũ, & Religionis Nostræ bonum, & decus, siuè curandum, siuè sustinẽdum opus impendunt, acuunt studia, tota mente faticant.

Talem planè Te nouimus Nob. & Egregie Vir Comes SCIPIO ZABARELLA, qui non solùm longè Venustæ Nobilitatis acquiescens, nec in propriæ dotis iactantiam sola Auitæ gloriæ patrimonia profundens, non imparibus gestis maiorum voluisti famam extendere. Patet TE iam dictum, vt tot insignium eiusdem tuæ familiæ Virorum laudes, & nomina prætermittam, ex præclara, & antiquissima Bononiæ SABATINORVM familia a Romanis Corneliis oriunda, quæ post Patauium traslata, cognomen ZABARELLA acquisiuit hodierna die inter Romanorum, ac Bononiensiũ Patritiorum, & Senatorum Cænobio aggregata, ortum ducere; inter quos floret per quamplurimũ C. Iacobi Zabarella nostri Ordinis Torquati Militis, ac Hyerosolimę Magni Prioris & Genitoris tui Palladis non minus, quam Martis Doctrinarũ Alumni digna, & erudita fama, cuius de nomine sat dicere, Co Iacobus ille Zabarella. Patet inquã Te iam dictum Comitem SCIPIONEM ZABARELLA animi, & corporis, quibus polles dotibus & laudabiliter impensæ Virtutis prætio, peracta Mineruæ lycæa Vniuersalem applausum perlucratum fuisse, & Encomium. Modò cum laudata excrescat Virtus, & honor ad honorem noua ad ac calcaria, à Serenissimo Ferdinando Maria Vtriusque Bauariæ,

riæ, & Palatinatus Superioris Duce, Comite Palatino Rheni, Sacri Romani Imperii Archidapifero, & Electore, Landgrauioq; Leuchtembergh &c. Nostro, Nostriq; Ordinis Summo Protectore, Eques Nobilis Militiæ nostræ Angelicæ Aureatæ Constantinianæ sub titulo Sancti Georgii, & Regula Sancti Basilii nominatus fueris, quod per expositionem Nob. D. Comitis Germanici Bertuci Equitis Magnæ Crucis &c. iam nostri Receptoris ad eamdem Serenissimam Electoralem Celsitudinem clarum habemus, talis a nobis confirmandus, qualis ab Electoralis Vocis Oraculo promotus sis, ad idē tua maiorumq; tuorū nobilitate mouemur, quā per patentes scripturas, ac fide dignas attestationes voluisti in medium perferre. Cōstat ex processu de ritu efformato Zabarellam familiam, ex qua absque dubio perhiberis exortus, inter antiquissimas, & præcipuas Nobiles Patauinas Italiæque recenseri, & cum præclarissimis aliis atque Principibus esse affinitate coniunctam. Patet Te Comitem SCIPIONEM ZABARELLA ex legitimis Co. Iacobi Zabarellæ cum Comitissa Lugretia Malatesta Nob. Veneta nuptiis esse progenitum, Auos autem habes Paternum Co. Franciscum Zabarellam Virū omnibus virtutibus imbutum, natumque ex viro præclarissimo Co. Iacobo Zabarella Equite, & Philosopho doctissimo; & Imperatricem Alexandri Barisoni filiam Nob. Patauin. ex clara stirpe de Vigontia ab Agelmundo Longobardorum Rege progenita. Ita Aui tui materni extiterunt Sigismundus Malatesta Patrit. Venet. cuius Aui sui gloriosissimum monumentum Principatus Arimini, & aliarum Ciuitatum adhuc seruatur iure per superstites inter Patritios Venetos nobiliter commutati. Prout Auia tua Sigismundi vxor fuit Aurelia Carracciola filia Io. Bapt. Ductoris Serenis. Reip. Nobilis Neapolitani ex Principibus Abellini, Hierari, Vici, Sancti Angeli, Galeræ, & aliorum locorum Dominis famosissimis. Quorum Auorum gloriam mire seruas. Vt tot prætercam ascendentium tuorum familias Nobiliss. titulis, & prærogatiuis stipatas propriisque insignibus, & stemmatibus distinctas iure, & claritate, & antiquitate excellere cōsiderauimus; Adduntur Costantis fidei probata sinceritas, vitæ integritas, & morum Honestas, plurimęq; Virtutes, quibus ditatum TE voluit Deus Optimus Munerum Dator, necnon studium illud ardens, & alto Ingenio Insitum, quo nostro, & Religionis nostræ bono, decori, & incremento inuigilasti, & inuigilas.

Tot igitur tantisq; rationibus moti, immò Ver ius aducti, Te su-

prædictum Comitem SCIPIONEM ZABARELLA priuilegiorum nostrorum tam Imperialium, & Ducalium, quam eorum, quibus Apostolica Sedes, & Imperialis Maiestas Nobis, & Atauis Nostris communicauit, participem facere decernimus, nō dubitantes, quin TE gratiis, & honoribus insigniorem agnoueris, eo animi tui deuotionem in nos, & ordinem nostrum foueas, augeas, & quoad occasio expostulabit ostendes.

Nos itaque qui supra ANGELVS MARIA Angelus Flauius Comnenus Princeps, &c. Magnusq; Magister Tuam, Auorūq; tuorum Nobilitatē respicientes, gradus merita, & honorificè a Te gesta cognoscentes, Te Comitem SCIPIONEM ZABARELLA, &c. à Serenissima Electorali Celsitudine nominatum Equitem Iustitiæ, siuè Probatę Nobilitatis Sacræ Angelicæ Aureatæ nostræ Costantinianæ Militiæ sub Titulo S. Georgii, & Regula Sancti Basilii; dicimus facimus, asserimus, confirmamus, & solemniori quoque modo constituimus, tum ex nostræ Iurisditionis, & facultatis amplitudine, quæ ad nos legitima successione peruenit, tum & Apostolicorum, Imperialium, & Regiorum Priuilegium vigore, quę a Summis Pontificibus, Imperatoribus, & Regibus nobis & Atauis nostris Macedoniæ Principibus, Moldauiæ, & Thessaliæ Ducibus, Comitibus Driuastensibus, & Dyrachiensibus fuere conscripta; Videre est illa recolēdæ memoriæ Constantini Maximi Primi Militiæ nostræ Moderatoris, Leonis primi, Michaelis Paleologi, & Claræ etiam famæ Isacii Angeli, qui quidem ex eadem nostra familia Imperatores Cæsares Augusti fuere; Legūtur illa Romanorum Pontificum S. Leonis Calisti Tertii, Pij Secundi, Sixti Quarti, Innocentii Octaui, Pauli Quarti, Pii Quarti, Pii Quinti, Gregorii decimitertii, & Clementis octaui, quæ omnia ab Hispaniarum Rege Philippo secundo, a Ferdinando Secundo Imperatore, recentius ab Alexandro Septimo Pontifice Maximo, nouissimè à Serenis. Ferdinando Maria Electore vtriusq; Bauariæ Duce, &c. Nostro Ordinisq; Nostri Protectore Clementissimo accepta, munifico Diplomate fuere munita.

Volentes Te eumdem Equitem Nostrum Iustitiæ dictum, & factum, assertum, confirmatum, & constitutum, iis omnibus priuilegiis, honoribus, gradibus, prærogatiuis, dignitatibus, facultatibus, immunitatibus, exemptionibus, vti, frui, potiri, & gaudere, quibus cæteri nostri Equites Iustitiæ, siuè Probatæ Nobilitatis vtuntur, fruuntur, & gaudent, vel in posterū, vti, potiri, & gaudere possint de

Iure

Iure, vel de Consuetudine; Dantes inconsequens Tibi eandem Crucem Nostri Ordinis, tam Aureã Collopendẽtem, quam Olosericam sinistrę Pallii parti adnexæ vbicumq, ferre, & gestare, modo, & forma in aliis seruata, quam alii Iustitiæ, siue Probatæ Nobilitatis Equites seruant; Quibuscumque nostris Equitibus cuiuscunque sint classis specialiter hoc nostro decreto mãdãtes, Te ab omnibus talem appellari, nuncupari, haberi, teneri, & existimari, qualem Te in Equitem Iustitiæ, seu Nobilium Consortium aduocauimus, aggregauimus, & admittimus, aggregatumque, & admissum esse voluimus, & declaramus.

Hoc igitur nostrum Priuilegium siue Decretum nulli liceat infringere vel eidem quauis ex parte contradicere. Qui enim quidquam contra ipsum audebit, pœna indignationis Serenis. Protectoris nostri mulctabitur; Nosq; interim singulos Serenis. Reges, Serenis. Respublicas, Illustris. atque Excell. Principes, Marchiones, Comites, Barones, Capitaneos gentium, & armarum Ductores, Communitates, Ciuitates, Vniuersitates Terrarum, Oppidorum Castrorum, Locorũ, & eorum Gubernatores, Potestates, Rectores, & alios quoscumque Iudices, tam Ecclesiasticos, quam sæculares, quos Te adire contigerit in Domino hortamur, & rogamus, quatenus Tibi efficacis defensionis præsidio assistẽtes faciant Te huius priuilegii, & gratiæ nostræ effectu pacificè frui, non permittentes Te contra huiusmodi tenorem a quocumque quomodolibet indebitè molestari, aut perturbari, quo maximè à Sede Apostolica, & à Romano Imperio valeant gratiam promæreri; & a Nobis condigne gratiarum actio proueniet.

In quorum omnium præmissorum fidem, præsentes fieri mandauimus, Nostraque subscriptione firmatas, & sigillo munitas dedimus. Tridenti anno MDCLXX. Kal Iunii, ab inchoato ordine MCCCLVII. Nostri Verò Magistratus XXXVI.

Angelus Maria Princeps, Magnusq; Magister.

Ad Mand. Serenis. Principis, & Magni Magistri.
Ego Andreas Camillus Comes Locarnus Eq. Procancell.

C. Iacobus Zabarella Eques — Elisabetha Cauaccia

Alexander Barisonus — Virginia Barisona

Co. Franciscus Zabarella — Imperatrix Barisona

Co. Iacobus Zabarella Eques S. Georgij Mag. Crucis siue Torquatus & Magnus Prior Hyerosolimæ

Co. Scipio Zabarella Eques Sancti Georgii.

Pan-

Pandulphus Malatesta Nob. Ven.

Birgita Barbarico Nob. Ven.

Io. Baptista Carracciolus Ductor Ven.

Maria Zancarola Nob. Ven.

Sigismundus Malatesta Nob. Ven.

Aurelia Carracciola Nob. Neapolit.

Lucretia Malatesta Vxor Com. Iacobi Zabarellæ Equitis Mag. Crucis, & M. Prioris Hyerosl.

Co. Scipio Zabarella Eques Sancti Georgii.


S.P.Q.R.



Genealogia Familiæ Zabarellæ à Corneliis Romanis Oriundæ.

Ioanne Cauaccia, & Gaspare Scioppio Co. a Claraualle Auctoribus.

1
Lucius Cornelius Sabatinus Eques Bononiensis Dux Theodori Exarchi Imper. contra Longobardos A. D. 650.

2
Marcus Sabatinus Eques Bonon. Anno Domini 675.

Cornelius dictus Benbonus Nob. Venet. 700.

1
Ser. Familia Bembo Nob. Veneta

3
Ioannes Sabatinus Eq. Bonon. Ann. Dom. 700.

4
Petrus Sabatinus Eques Bononiensis A. D. 750.

5
Ioannes 2. Sabatinus Eques Bonon. A. D. 760.

6
Hermes 2. Sabatinus Eques Bonon. A. D. 780.

7
Cornelius 2. Sabatinus Dux Illust. Caroli Magni Imperat. 806.

8
Ioannes 3. Sabatinus Eques Bonon. A. D. 840.

Hermes Sabatinus Nob. Bonon.

1
Sabatinus I. Episcopus Cenetæ 731.

8

Ioannes 3. Sabatinus Eques
Bonon. A. D. 830.

9

Sabatin 2. Episc. Genuæ	Hermes 3. Sabatinus Eques	Aggeus Sabatinus.
Elector Car. Calui Imp. 876	Bonon. A. D. 870,	Nob. Bonon.

10

Petrus 2. Sabatinus Eques	Ser. Familia Mocenico
Bonon. A. D. 900.	Nob. Veneta

11

Ioannes 4. Sabatinus Eques
Bonon. A. D. 935.

12

Scipio Sabatinus	Marcus Sabatinus Eques	Sabatinus 3. Episcop.
Nob Bonon.	Bonon. A. D. 960.	Ferrariæ 964.

13

Sabatinus 4. Senator	Cornelius 3. dictus Calorins I.
Romanus 1028.	Dux Ottonis 3. Imper. 996.

14

Rolandus 1. Sabatinus Eques
Bonon. A. D. 1030.

15

Calorius 2. Sabatinus Eques
Bonon A. D. 1060.

16

Andreas I. Sabatinus Eq. Bonon.
Nob. Venetus 1090.

17

Guidus Sabat.	Philippus	Bonfilius Sabatin. Eq. Bonon.	Tyber Dux Ill.	Ioan. v. Nob.
Eq. Bonon.	Nob. Neap.	Nob. Venet A D. 1122.	in Syria 1101.	Bon. & Ven.

18

Sabatini	Sabatini	Rolandus 2. Sabat. Nob. Bonon.	Paula Vxor	Sabatini
Nob. Bonon.	Nob. Neap.	& Venetus A. D. 1150.	Io. Basilij N. V.	Nob. Ven.

19

Co. Calorius 3. dict. I Sabatinus Eq. Bonon.	Philippus Comes
Auctor Familiæ Zabarellæ 1180.	Solmensis 1179.

20

Roland Episc. Adriæ	And. I. Sabarellus Com. & Eq.	Comites Solmenses
Sanctitate insignis	Bononiam reuersus est 1230.	In Germania.

21

Ioannes	Anna vx.	Calorius 2. Sabarellus Com. & Eq. Bonon.	Margar. vx.	Nic. N.
N ob. Neap.	P. Rouer.	Patauii Domum suam statuit 1280.	Guidi Sabat.	Bonon.

22

Zabarella	Rolandus	Andreas 2. Zabarella Com. &	Beatrix vx.	Zabarella
Neapol.	Religios.	Eques Patauinus 1310.	Ger. Vital.	Bonon.

Calor.

22

Andreas 2. Zabarella Comes & Eques Patauinus 1310.

23

Calor. 3. I. C. — Anton. Guelphus — Laurentius. — Daniel Com. & Eq. Pat. Anno Dom. 1350. — Io. Theol. Ord. Præd. — Francisc. 1. mil. clarus — Sabatinus

24

Andreas Dux — Agnes Thienea — Franc. Archi. Presb. Pat. — Andr. 4. Co. & Eq. illust A. D. 1380. — Laurent. 2. Episc. Ascul. — Barth. Niger — Guilhel. Miles

25

Ioannes Sapientiss. — Petrus Duct. Brix. Præf. — Franciscus — Iacob C. Eq. Dracon. Domicell. & Sen Rom. — Franc. 3. S. R. E. Card. — Andreas 5. Miles — Marin. I. I. C.

26

Aloysius Eques — Andreas I. C. — Carolus Co. & Eq. Obiit A. D. 1481. — Alidusius Can S. Pet. — Barthol. Archiep. Card. Desig.

27

Galeacius — Petrus Eq. Hierosol. — Co. Iacobus 2. Eq. Cubicul. Cons. & Commiss. Maxim. 1. Imper. — Franc. Eq. S. Iacobi — Ioannes

28

Carolus Comes — Bonifacius Comes — Com. Iulius Eq. Clariss. & Miles Fortissimus 1 56. — Andreas Dux — Io. Ant. Eques Hierosol.

29

Andr VII. — Sabatin Eq. Cæl. Clariss. — Carolus — Co. Iacob. Eq. Philosophus Sapientiss. Obiit 1591. — Theodoricus — Ioan. Zabar. — Bonifac. II.

30

Co. Iul. Math. Ob. 1626. — Carol. — Co. Francisc. Obiit 1623. Phil. Music. & Poeta — Sabatinus — Co. Ant. Ob. 1629.

31

Ioannes miles — Clara ux. And. Michael S. V. — Co. Iacob. Eq. Historic. — Ignatia Co. Collalti — Lucretia Malatesta — Carolus Ob. infans — Iulius Trib.

32

C. Æmilia Zabar. — Martius Com. — C. Imperat. Monac. — C. Scipio 1 Eq. natus die 6. Octob. 1652. — Co. Theodora Nata 1654. — C. Sigismund. natus 1656.

30
Co. Franciscus
Imperatrix Barisona

31

Ioannes Miles Paulina Zabarella	Iulius Tribunus Iulia Filarola

32

Iulius Obiit	Virginia Vx. Andr. Mantua	Maria Obiit	Iacob. Obiit	Franciscus Laura Vrsata Cec. Andrigh.	Iacobus Obiit

29
Co. Iacobus Philosophus
Elisab. Cauaccia

30

Ioannes Zabar.	Iustina Monaca	Com. Antonius Ob. 1629. Anna Borromea	Arsenia Monaca	Zabarella Vx. Iac. Pernumia.

32

Ioannes Obiit	Elisabetha Vx. Aloysii Abriani Gasp. Borromei	Veronica Monaca

28
Com. Iulius Eques
Giliola de Doctoribus

29

Isabella Vx. Cam. Betignoli Galeacii de Siccis	Co. Iacob. Phil. I	Susanna Abbat.	Bonif. Ob. 1621. Claudia Capiuac.	Corn. Vx. Guer. Malf.	Zabar. Monac.	Cecil. Vx. Io. Francisci Codacii I.

30

Modesta Monaca	Ioannes Franc. Diana Rustica	Aloysius Isab Bembo

31

Zabarella Monaca	Iac. Doct. Can. Pat.	Vespasia- nus	Bonifacius Bennas. Zab.	Iulius Zab.	Diana Abbat.	Claudia Vxor Danli Dotti

32

Diana Scouina	Sabatinus Obiit	Iacobus Monac.	Io. Franciscus Exul.	Camillus Monacus	Calorius	Iulius Obiit

Co.

26
Carol. Eq. Doctiss.
Beatrix Barisona
Cecilia Michaelia

27

Beatrix Buzz. | Isabella Buzz. | Perina Fr. Ferro | Co. Iacob. Eq. Cæs. Iustina a Flumine | Laura Bonin. Braui | Samarit. Ang. Castr. | Cornelia Fran Lanz.

28

Lucretia Monac. | Co. Carolus Iust. a Ponte | Magdal. Abbat. | Co. Iulius | Laura Abb. | Bonifacius Laura Gabr. | Cornelia Buz. Buz.

29 Carola Vxor Albertini Barisoni. | 29 | 29 Leonora Abbat.

24
Co. Andreas Eq. Illustris
Mentesia de Polenta

25

Carolus Zab. Præt. Arest. | Com Iacobus Eq. Drac. S.R. Margarita Pia de Carpo | Marin Zabar.

26

Margar. Monac. | Cornelia Fran. Vital. | Andreas I. C. Iacoba Capilist. | Gentilis Nic. Triss. | Lucia Abbat.

27

Samaritana Co. Guid. Brand. | Franc. obiit | Galeatius | Petrus Eques | Laura Vxor C. Franc. à Turre

23
Franciscus miles clarus

24

Laurent. Ep. Ascul. | Bartholom. Niger Laura Co. Prattæ | Guilhel. Eq. Laura Basilia

25

Francis. Card. | Antonia Bart. Galli | Andreas M. Corsini | Barthol Tressina Zab. | Marinus Zab.

26
Barthol. Archiep.
Florent Card. Desig.

Co.

24.

Co. Andreas Eques
Montesia de Polenta

25

Ioan. Mon. | Maria Vxor C.Ant Collalt. | Ioannes Miles Iust.Scrouina | Cattarina Otth.Ardengi | Margarita Mon.

26

Bartholomæus I.C.Eq.S.R. B.d. | Onuphrius Miles | Daniel Miles Marg. ab Apibus | Calorius Can.Pr.Ap. | Thadæa Vx. C.Nic.Areosti C.Nic.Com.

27

Io.Andreas S.R.E.Dux | Ioannes Eques Agnes de Castro | Franciscus

28.

Daniel | Petrus Monac. | Iacobus I.C.Eques Cecilia de Portu | Iustina Mon. | Bartholomæus Abbas

29

Magdalena C.Franc.Capil. | Io. Antonius | Angela Monac. | Ioannes Eques Laura Botta | Agnes Vx. C.Fran.Calcia | Iustina Vx. Benue.Lanz. | Franc. B. C.

30.

Alexander Decurio | Hieronymus | Camillus Insignis | Mar.Ant I C.Eq. Angela Gabiani | Paulus Monac. | Iacobus | Andr.Eq Reg.Galliæ B.b.

31

Ascanius Eq. B.s. Dianira Mant | Elisab Vx. Otton Disc. | Iulius Cæsar. | Franc.I C.Eq. Lucia C.de Port. | Daniel Zab. | Ioannes Zab. | Zabarell. Ridia

32

Liuius Eq. S.Steph. Leonora Papafaua | Victoria Hier.Zacch. | Ascanius Trib. Lucia Sauorn. | M.Antonius | Franciscus | Angela Vx. Io.Dom.Sala

33

Lauinia Sauorniana | Marcus Ant. Obijt puer | Laura Vxor C.Caroli Sauorn.

Calorius

D. 23
Galorius 3. Zabarella I. C.
Amabilia Sanuto N. V.

24

Elena | Ioan. Eq. S. Mariæ | Andr. 3. Dux Vicecomitum | Petrus Dux Carrarienſ. | Antonius Zab. | Lucretia

25

Daniel Can. Pat. | Franciſcus Iur. Conſ. | Franciſcus Eques | Andreæ Zab.

26

Æmilia Zab. | Ioan. Bonus nothus | Petrus Iur. Conſ.

27
Antonius Bonus Iur. Conſ.

28
Paulus Bonus Archiepiſc. Parienſis

E 21
Ioannes Co. Sancti Venditi
Baro Neapolitanus

22

C. Iacobus Feudatarius | Antonius Comes Sancti Venditi Sen. Neap. | Lucretia Zabar.

23

Beatrix 2. | Collas Co. Sancti Venditi Senator Neapolitanus | Io. Franc. Eques

24

C. Ioannes Eques | Co. Iacobus Collector Sedis Capuanæ | Maria Princ. Caſertæ, &c.

25
Antonius Co. S. Venditi
Anno Dom. 1372.

Nico-

F 21
Nicolaus Zabarella
Nob. Bonon.

22

Betuccius Zab. Miles | Lucretia Zabar. | Andreas a quo Zabar. Bonon.

B d 26
Bartholomeus I. C. Eques S.R.
Dorothea Angussola

27

Ant Doct Clara Bert. | Hieronym. Eq. Mar. Languf. | Ioannts Andreas | Ioan. Iacobus | Ludouicus | Nicodem. Miles

Daniel | Barthol. | Petra Io. Auon. | Elisabetta Abbatissa | Barthol. | Ioannes

26
Barthólom. I. C. Eques S.R.

27

Ioanna Mon. | Seruilia Barth. Cãpag. | Montesia Monac. | Verginia Io. Pet. a Ferro | Magdalena Dan. Beral.

B a 29
Ioannes Eques
Laura Botta

30

Samaritana Cam. Dotus Eq. | Cecilia | Alexander Decur. Margarita Frigimelica | Christina | Cattarina Vrsat. Vrsati

31

Petrus Miles | Arsilia Vxor Nic. de Lazara Eq. | Ioannes Baptista Diana Vicoarger. | Fina Vxor Ant. M. Bagar. | Bonifacius Decurio

32

Alexander | Marg. Vx. Marci Vrs. | Petrus Miles Decur. Marg. Dotta | Helena Monac. | Camillus

Ioan-

Bb

29

Ioannes Eques

30

Andreas Eques Henrici 3.
Regis Galiæ, & Decurio
Iulia Siluestria q. Aurelij Equit.

31

Aurelius Eques	Lepidus Elisab. Asson.	Hieronymus	Samaritana Vx. Ant. Capil. Eq. Ansel. Ansel. Eq.	Achiles Miles	Camill. Flor Vrs.	Aurelius Abbas

Ascanius Miles	Aurel Dux Creusa Zab.	Paula Zab.	Andr. Doct.	Aurel. Mon.	Achil Zab. Aurora Odd	Filiæ tres	Paulus Zab.

Ascanius	Lepidus	Io. Bapt.	Aurel. Mon.	Camillus	Andreas II. Co.	Paulus

30

Andreas Eques

31

Marc. Ant.	Octauius	Lepidus	Alexander	Ludouicus

32

Iustina Monac.	Zabarella Abbat.	Paula Vxor C. Io Zabar, Bart. Brozoli	Maria Mon.	Cattarina Monaca

30

Andreas Eques

31

Camillus

32

Zabarella Monaca	Diana Abbat.	Bennasuta Bonif. Zabar,	Leonilla Monaca	Maria .....

B ç 29

Franciſcus Zabarella 2.
Hier. Campol. Cecil. Muſata

30

Franciſcus Archipr. Pat.	Iacobus Eq. Decurio Fauſtina Lipamana N.V.	Margarita Vx. C. Lud. de Com.

31

Angela Vx. Bened. de Laz. Iul. de S. Iul.	Ludouicus Arch. Pr Ap.	Iulia	Leonida I. Creuſa de Comitibus	Marg. Abbat.	Hieronymus Canon. Pat.	Marina Vx. Vinc Rubei.

32

Franciſcus	Iacobus Decurio Eliſab. Beltram.	Nicolaus

33

Ludouicus Poeta	Fauſtina Mon.	Leonida Samarit. Dotta	Leonida Can. Pat.	Creuſa Aurel. Zab.

34

Hieronyma Vx. Alid. Buzzacar.	Leonida 3. Iulia de Com.	Eliſabetha Monaca

C 25
Petrus Magnus & Diues, Equitum
Ductor, Brixiæ Præfectus &c.
Flosdelisia Carrariensis Magd de Basiliis.

26

Magdal. Vx. Marci de Aurific. Vincent. | Mainard. Mediol Dux Luchina Vicecomes | Petrus Polanus Iur. Consf.

27

Zabarella Monaca | Andreas S.R.I. Dux | Franciscus | Marinus II. | Oppizzo Abb.

28


Lucret. Vx. Hier. Bergam. | Io Franc. ob. infans | Luchina ob. puella

26
Petrus Polanus Iur. Consf.
Alda Trapolina

27

Agnes Co. Pet. Capilist. | Maria Anton. Buzzac. | Elisabetha C. Io. Bapt. de Portu | Petrus 3. Eques Hierosol. | Petra C. Leonel. de S. Bonif. | Catherina Hieronym. Leonius | Angela Antonius Leonius


S.P.Q.R.



Prior Antianorum Bononiæ.

Cvm ſpectabilis & Generoſus Miles;eximiuſque I.V.Doct. Amicus noſter Cariſs. D.Bartholomeus de Zabarellis Ciuis Patauien. olim Capitaneus Baylie Ciuitatis inclytæ Florentiæ, qui dictum eius Capitaneatus officium finiuit, propoſuerit, ac mandat cum ſuis Officialibus famulis familia,& equis, quos in dicto eius officio ſecum tenuit, ac rebus, & bonis quibuſcunque repatriare de præſenti.

Vniuerſos igitur Dominos Ciuitatum,terrarumq;Rectores,Officiales, & ſuffraganeos, ac alios noſtræ Ciuitatis beneuolos, & amicos,ad quos pręſẽtes aduenerĩt,affectuoſe recquirimus,& rogamus NOS Antiani Conſules, & Vexilifer Iuſtitiæ populi,& Communit. Bon.&c. Officialibus vero noſtris, ac ſubditis vbilibet conſtitutis præcipiendo ſub noſtræ indignationis incurſu ſtricte mandamus,quatenus præfatum Spectabilem Militem, & Doctorem Dominum Bartholomeum de Zabarellis, & quoſcumque alios de dicta eius familia præſentium latores ex Florentia ad partes Patauienſes præſentialiter accedentes,p er omnes ipſorum Ciuitates Terras,Caſtra, Villas,Paſſus,Pontes, Fortes, & alia quæcunq; loca

ad quæ declinare ipsos contigerit cum eiusdem Dom. Barthol. Comitiua vsque ad numer. sexdecim Equitum, siue peditum, vel per nauem, & quatuor mullis eorum rebus armis, valisijs, arnesijs, & bonis quibuscumque onustis tutè, liberè, & expeditè absq; alia solutione vel onere cuiuscunq; datij, pedagii, passagii, fundinauium vel gabellæ, omnique alio impedimento cessante nostri contemplatione transire permittat. Suscipiat benigniter eisdem in alijs necessitatibus suis fauore beneuolo commendatum ad singularẽ complacẽtiam nostri, qui proinde ad similia, & alia liberaliter nos offerrimus prelibatis Dominis, & alijs requisitis.

Dat. Bonon. die sextadecimo Mensis Ianuar. 1444.

Iacob. Cancel.

INDEX

INDEX

Omnium Rerum in hoc Opere contentarum.

C

Ciſſeus

INDEX

ex

INDEX

Venerare Pudicitiæ simulacrum & Victimā
Lucretiam de Dondis ab Horologio
Pii Æneæ de Obizzonib. Orciani Marchionis
Vxorem
Hæc inter noctis tenebras Martialis asserens
Tedas
Furialis recentis Tarquini faces casto cruore
Extinxit
Sicq; Romanam Lucretiam intemerati Tori
Gloria vicit
Tantæ suæ Heroinæ generosis manibus
Hanc dicauit haram Ciuitas Patauina
Decreto
Die xxxi. Decembris, Anno MDCLXI.

Narses

INDEX

Hic ò manes castissimi Blancæ Rubeæ
His vestrum recoligite facinus
O quam obliuionis nocte indigna
Quæ teste Solæ tot arrixeras vultus
Sit pro marmore color
In quo melius floret pudor ardet Virtus
Sit pro signo locus

In

INDEX

In quo nulla non te laudabunt comitia
Nullus non tibi consolata Candidatus
Candidiori litabit genio.

FINIS.

Tauola per metter le figure a suo loco.

CB